



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



H. Gr. a. 74  
~~48~~<sup>50</sup>

Aeschylus.







# **ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.**

**LONDINI:**  
**EXCUDEBANT GILBERT ET RIVINGTON,**  
**IN VICO DICTO ST. JOHN'S SQUARE.**

# ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

## ÆSCHYLI AGAMEMNO.

---

RECENSUIT

F. A. PALEY.

---

EDITIO AUCTION ET EMENDATION.


---

CANTABRIGIÆ:  
APUD J. DEIGHTON.  
ET WHITTAKER ET SOC.  
ET SIMPKIN ET SOC. LONDINI.

MDCCCLIII.

55





VIRO DOCTISSIMO

JOANNI GULIELMO DONALDSON, S. T. P.

OLIM COLL. SS. TRIN. CANT. SOCIO ET TUTORI,

HODIE SCHOLÆ REGIÆ BURIENSIS APUD ICENOS MAGISTRO ;

QUI QUANTUM UTRIUSQUE LINGUÆ SCIENTIAM

SCRIPTIS AUXERIT, PRÆCEPTIS FOVERIT,

INGENIO COMMENDAVERIT,

NON SILEBIT POSTERITAS ;

CUJUS DOCTRINÆ QUANTUM IPSE DEBEAT

NUNQUAM NON LUBENTISSIME PRÆDICABIT ;

HOC OPUSCULUM

D. D. D.

EDITOR.



## LECTORI.

---

Nec studium mihi nec diligentia defuit ut alteram hujus fabulæ editionem quam emendatissimam prelo emitterem. Quo quidem in opere non parum laboris insumendum fuit: tot virorum doctorum considerandæ conjecturæ, tot libri consulendi, tot discrepantes inter se conferendæ scripturæ, denique tot incerta, obscura, ambigua, omni animi intentione retractanda fuerunt. Contigit autem mihi, secundas curas post aliquot annos adhibenti, quod solet iis contingere qui sero resipiscere quam pertinaciter errare malunt, ut quibusdam in locis a priore sententia discedendum putaverim. Quod ne quis non mihi solum, sed fortasse etiam toti Criticorum turbæ vitio vertat, tanquam non certis linguæ legibus, sed ab ingenio vel arbitrio editorum omnis Græcarum literarum pendeat interpretatio, deprecari non plane ineptum videtur. Sciunt harum rerum peritiores, neque adeo constare de hujus fabulæ explicatione, ut nihil quispiam vulgata ratione probabilius meditando assequi possit; nec de veterum librorum auctoritate aut scriptura omnino verum vidisse qui ante proximum fere quinquennium manum emendatricem Æschylo admovent. Adjumenta mihi hodie adfuerunt Franzii<sup>1</sup>, Dindorfii altera<sup>2</sup>, et viri amicissimi Johannis Conington Oxoniensis<sup>3</sup> editiones; quibus accessit etiam nova versio Anglicana

<sup>1</sup> Des Æschylos Oresteia, ed. Johannes Franz. Leipzig, 1846.

<sup>2</sup> Æschyli Tragediæ superstites et Depeditorum Fragmenta. Ex recensione G. Dindorfii. Ed. secunda emendatior. Oxonii, 1851.

<sup>3</sup> The Agamemnon of Æschylus, &c. By John Conington, B.A. London, 1848. Qui mihi per literas sæpius consulenti multa de sua doctrina humanissime communicavit.

ab J. S. Blackie nuper confecta ac notulis instructa. Quas omnes et diligenter excussi, et Franzii libro nonnulla me debere profiteor quæ magni etiam facio. Nam de illius viri opere non sane contemnendo ego aliter sentio quam Editor Oxoniensis, qui eum "corrupisse magis quam emendasse" existimat<sup>4</sup>. Mihi videtur plerumque sobrius, sæpe ingeniosus in emendando; nisi quod in verba Ahrensii sui jurare nimium addictus sit.

Confeceram commentarium meum, et jam in eo ipso eram ut Typographis traderem, cum insperanti mihi allata est editio viri magni et desideratissimi, Godofredi Hermanni, quam constat omnes ubique gentium homines literatos multos jam annos cupidissime expectavisse. Itaque libro diligentius perlecto pluribus in locis quid censuerit criticorum ille princeps libenter apposui, nonnulla etiam eorum quæ ipse scripseram in melius mutavi, tanti ducis vestigiis si non ubique insistens, at nusquam, nisi admodum caute progrediens, prælatum obscuro itineri lumen aspernatus. Profecto hæc nova editio, etsi temere interdum, ac pæne dixerim infelicitèr, in locis vexatis grassata est, maximi tamen facienda est, cum et singulari interpretandi gravitate se commendet, et sæpius veram poetæ sententiam, nonnunquam etiam scripturam, sagaciter indagaverit.

His autem Viris, Dindorfium dico, Franzium, Hermannum, debetur aliquanto copiosior et accuratior Codicis Medicei collatio, quam antehac publici juris facta est, iis præsertim summa cum diligentia enotatis, quæ a prima manu scripta ac postea oblitterata oculorum aciem plerisque fefellisse videntur. Qui quidem liber antiquus si fons est unicus unde reliqui omnes, cum manu scripti tum typis impressi, derivati sunt, quæ Dindorfii est sententia<sup>5</sup>, patet eos operam perdidisse qui variantes scripturas tanta cum industria ex istis apographis et vett. editionibus enotaverunt, nisi

<sup>4</sup> Conington, Præf. ad Agam. p. xii.

<sup>5</sup> Dind. Præfat. p. v. ad ed. 1851. Itaque falsus sum cum dixi ad Prom. 87. Robortelli librum et Mediceum non ab eodem fonte venisse videri, quod recte docuerat G. Burges. Tres tantum libros MSS., Ven.

Farn. Flor., ab alio quam Med. archetypo exscriptos dicit Mauricius Hauptius in Præf. ad ed. Herm. p. ix, sed hos etiam ab Mediceo profuxisse credit Dindorfius, et rectius, ut opinor.

in ea Agamemnonis parte (a v. 301 usque ad v. 1034, et a v. 1129 usque ad finem), quæ nunc ex Mediceo intercidit, integra autem fuit cum libri MSS. Venetus, Florentinus, Farnesianus, exscribentur.

Ad scholia quod attinet, quæ nuper integra ex ipso Mediceo, atque eadem a senioribus grammaticis aucta ac temerata ex aliis libris nuper edidit Dindorfius, etsi nonnulla accuratiora nunc protulit Vir Doctus, non multum ea facere videntur aut ad mentem poetæ rectius intelligendam, aut ad verba ipsius in locis corruptis restituenda. Erat enim grammaticus iste, qui alius fuit quam qui fabulas exscripsit, homo nec doctrinæ copia nec iudicii acumine insignis; qui si (ut Dindorfio videtur) commentarium suum ex Alexandrinorum thesauris hausit, aut perpauca digna ibi invenit quæ proferret, aut parum intellexit quid utile, quid supervacaneum esset. Sunt enim tam multa ab isto homine falso, imperite, immo inepte appicta, ut mirer ubinam sint ea "multa," quæ Dindorfio visa sunt "docte intelligenterque observata".

Sed ut ad meum libellum, unde cœperam, revertar; quod aliquanto copiosior in hac editione unicuique paginæ subjecta est annotatio, ejus rei causa est quod præ nimio brevitatis studio plura silentio olim prætermiseram, quæ tironibus, quorum usibus præcipue operam dedi, plerumque difficilia et obscura videri postea intellexi. Ac multa quidem explicare, modo breviter omnia, non modo non culpandum in editore, sed magnopere etiam laudandum puto. Neque enim in eo versatur commentarii utilitas, ut deminuto labore studendi etiam disciplina intereat, sed ne quid perverse intelligatur. Qui vero doctis pariter et indoctis eadem opera consulere conatur, is vereor ne plerumque neutri satis facturus sit. Vere enim Plutarchus<sup>7</sup>: τῶν διδασκόντων οἱ μὲν πρὸς τὸν ὄχλον καὶ τὸν δῆμον γράφουσιν, οἱ δὲ τοῖς ὀλίγοις· τὸ δ' ἐν ἀμφοῖν ἀρμόττει τοῖς γένεσιν οὐ ῥάδιον ὅτῃ τῶν πάντων ὑπῆρξεν εἰπεῖν. Ego vero, id si forte possem, errantibus viam monstrare quam ardua doctrinæ enitentibus ducem me offerre malui.

<sup>6</sup> Vol. iii. Præf. p. iv. Exempla quædam ex hac fabula apponam: schol. ad vv. 59. 65. 168. 177. 192. 221. 1123. 1148. Quis,

quæso, talia hodie vel in tirunculo toleraret?

<sup>7</sup> Aristoph. et Menandri Comparat. § iii. init.

Nihil autem magis desideratur in editore quam sanum iudicium. Quod qui multo studio castigatum habet; qui animum vetere tragœdia bene imbutum afferre potest; qui dicendi proprietatem quasi naturali quodam sensu intelligit, ille plerumque ante alios sequendus erit; neque enim qui doctissimus, idem continuo optimus in critica exercenda habendus. Nam multis jam exemplis probatum est, posse viros linguæ ipsius peritissimos, dum corrupta conjectando emendare volunt, vel pueris pejus delirare. Quo quidem iudicio si omnes pariter atque doctrina excelluissent editores, in tantam molem nunquam crevissent annotationes in Æschylum conscriptæ, quarum non minima pars in refellendis aliorum conjecturis et opinionibus sine ullo fructu insumitur. Quanquam de hoc quidem tacendum. Nam, ut scribit Tullius, de tragœdia dum disputat, “In hoc genere nescio quo pacto magis quam in aliis suum cuique pulchrum est: sic se res habet: te tua, me delectant mea<sup>8</sup>.”

<sup>8</sup> Tusc. Disp. lib. v. cap. xxii.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ

# ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

Ἄγαμέμνων εἰς Ἴλιον ἀπιὼν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ, εἰ πορθήσοι τὸ Ἴλιον, ὑπέσχετο τῆς αὐτῆς ἡμέρας σημαίνειν διὰ πυρσοῦ. ὅθεν σκοπὸν ἐκάθισεν ἐπὶ μισθῷ Κλυταιμνήστρᾳ, ἵνα τηροίῃ τὸν πυρσόν. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν ἀπήγγειλεν· αὐτὴ δὲ τὸν τῶν πρεσβυτῶν ὄχλον μεταπέμπεται, περὶ τοῦ πυρσοῦ ἐροῦσα· ἐξ ὧν καὶ ὁ χορὸς συνίσταται· οἵτινες ἀκούσαντες πιανίζουσι. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ταλθύβιος παραγίνεται, καὶ τὰ κατὰ τὸν πλοῦν διηγείται. Ἄγαμέμνων δ' ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἶπετο δ' αὐτῷ ἐτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα καὶ ἡ Κασάνδρα. αὐτὸς μὲν οὖν προεισέρχεται εἰς τὸν οἶκον σὺν τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Κασάνδρα δὲ προμαντεύεται, πρὶν εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν, τὸν ἑαυτῆς καὶ τοῦ Ἄγαμέμνονος θάνατον, καὶ τὴν ἐξ Ὀρέστου μητροκτονίαν, καὶ εἰσπηδᾷ ὡς θανουμένη, ῥίψασα τὰ στέμματα. τοῦτο δὲ τὸ μέρος τοῦ δράματος θαυμάζεται, ὡς<sup>1</sup> ἐκπληξιν ἔχον καὶ οἶκτον ἱκανόν. ἰδίως δὲ Αἰσχύλος τὸν Ἄγαμέμνονα ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ. τὸν δὲ Κασάνδρας σιωπήσας θάνατον, νεκρὰν αὐτὴν ὑπέδειξε. πεποιήκε τε Αἴγισθον καὶ Κλυταιμνήστραν ἑκάτερον διῶσχυρίζομενον περὶ τῆς ἀναιρέσεως ἐνὶ κεφαλαίῳ· τὴν μὲν, τῇ ἀναιρέσει Ἰφιγενείας· τὸν δὲ, ταῖς τοῦ πατρὸς Θυέστου ἐξ Ἀτρείως συμφοραῖς.

Ἐδιδάχθη τὸ δράμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ<sup>2</sup>, ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἄγαμέμνωνι, Χοηφόροις, Εὐμένισι, Πρωτῇ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς.

Προλογίζει δὲ ὁ φύλαξ, θεράπων Ἄγαμέμνονος.

<sup>1</sup> ὡς καὶ ἐκπληξιν καὶ οἶκτον ἱκανόν | μπουεῖν Dind.

<sup>2</sup> Vulg. εἰκοστῇ ὀγδόῃ. "Correxerunt

VV. DD. ὀγδοηκοστῇ, quod facile mutari potuit in ὀγδόῃ εἰκοστῇ." Porson. (Ex ed. Scholef.)



**ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.**

**ΦΥΛΑΞ.**

**ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.**

**ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.**

**ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ ΚΗΡΥΞ.**

**ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.**

**ΚΑΣΣΑΝΔΡΑ.**

**ΑΙΓΙΣΘΟΣ.**

# ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

## ΦΥΛΑΞ.

ΘΕΟΥΣ μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν πόνων  
 φρουρᾶς ἐτείας μῆκος, ἣν κοιμώμενος  
 στέγαις Ἀτρειδῶν ἄγκαθεν, κυνὸς δίκην,  
 ἄστρον κάτοιδα νυκτέρων ὁμήγυριν,  
 καὶ τοὺς φέροντας χεῖμα καὶ θέρος βροτοῖς  
 λαμπροὺς δυνάστας ἐμπρέποντας αἰθέρι  
 [ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν].

5

1. Verte, cum Klausen., *per longitudinem annuæ vigiliæ posco liberationem horum laborum*, sc. et tristitiæ (v. 18) et molestiæ excubiarum. Alia ratio quibusdam placuit: φρουρᾶς, ἐτείας μῆκος, nempe *vigiliæ in annum indictæ*. Hermannus autem accusativum sic positum vult, ut inf. 1065, Antig. 857, tanquam λέγω δὲ μῆκος etc. scriptum esset.—ἔτειος, idem quod ἐνιαύσιος, unius anni longitudinis, ut interdum Latinis *annuus*. Respexit poeta speculatorem illum, ab Ægistho mercede conductum ad observandum reditum Agamemnonis, de quo traditur Hom. Od. iv. 526. φύλασσε δ' ὅγ' εἰς ἐνιαυτὸν, monente Stanleio.—μῆχος Blomf. ex Stanl. et Valcken. conjectura, quam nuper revocavit Dindorfius (1851).

2. ἣν κοιμώμενος ἄγκαθεν est: *quam pernoctans caput ulnis suffultus*. ἐν ἀγκάλαις Gloss. cod. Farn., probante Hermanno, et sic K. Cf. Eum. 80. παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας. Cubito innititur dum cubat, qui non dormit, sed tantum reclinatur. Vix potuit de homine vigili, nedum custode, dici κοιμᾶσθαι φρουρᾶν, quod esset *edor-*

*mire excubias*, ut Herod. ix. 93. κατακοιμήσας τὴν φυλακὴν, nisi ejusmodi additamento coereretur oratio. Itaque ἄγκαθεν pressius reddendum erit ἐξ ἀγκάλων, quasi *ex ulnarum fulcro suspensus*; Lat. *cubito presso*. Confer Rhes. 7. ὄρθου κεφαλὴν πῆχυν ἐρείσας. Il. x. 80. ὄρθωθείς δ' ἄρ' ἐπ' ἀγκῶνος, κεφαλὴν ἐπαίρας, Ἀτρείδην προσέειπε. Od. xiv. 494. ἐπ' ἀγκῶνος κεφαλὴν σχέθην. Contra autem, cum ordo verborum et apta vox de eo qui *desuper e longinquo* aliquid observat, tum etiam Grammaticorum auctoritas, suadent ut ἄγκαθεν pro ἀνέκαθεν contractum accipiamus. Bekk. Anecd. i. p. 337. ἄγκαθεν κατὰ ἀποκοπὴν ἀντὶ τοῦ ἀνέκαθεν. οὕτως Αἰσχύλος. Hesych. ἀγρίαθεν (ἄγκαθεν), ἀνέκαθεν. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι. Ceterum hoc ipsum ἀνέκαθεν edidit Franzius. Non recte quidem secundum verborum analogiam, sed satis facile ex usu pronuntiandi, ἀνέκαθεν, quod ab ἀνά et ἐκάς deducitur, in ἄγκαθεν transiit, quanquam ea vox aliam etiam significationem (sc. ἐξ ἀγκάλων) habuit.

7. Insititium esse hunc versum vel uno

B

καὶ νῦν φυλάσσω λαμπάδος τὸ σύμβολον,  
 αὐγὴν πυρὸς, φέρουσιν ἐκ Τροίας φάτιν  
 ἀλώσιμόν τε βᾶξιν· ὦδε γὰρ κρατεῖ 10  
 γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζον κέαρ.  
 εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδρυσόν τ' ἔχω  
 εὐνήν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπούμενην  
 ἐμήν· φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,  
 τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνω· 15  
 ὅταν δ' αἰδεῖν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,

argumento luculenter probari potest; quod *senarium nusquam a dactylo inchoavit* *Æschylus, præterquam in nomine proprio*. Vide inf. 1283. Prom. 749. Frag. Myrmid. 133. incert. 304. et 244, ubi recte Dind. ὦ Θάνατε Παιὼν tanquam de persona accipit. In Frag. 248, pro οὐ γὰρ ὁ δράκων ἐνῆκεν, vel corrigendum οὐ γὰρ δράκων ἀνῆκεν, vel ὁ δράκων non ipsius poetæ, sed laudantis verba sunt. Non magis *Æschyli esse crediderim* versum in Bekk. Anecd. tanquam ex Agamemnone laudatum (Frag. 437. ed. Dind. 1851), χαλκὸν ἀθίρτον ἀσπίδος ὑπερτενῇ, ubi χαλκὸν ἀθίρσπον emendat Blomf. Itaque his locis excussis cadere videtur patrociniū miselli senarioli a viro docto in Phil. Mus. Cant. vol. i. p. 21, ac nuper ab Hermanno susceptum. Adjectus est, opinor, ab aliquo cui durior fuit locutio vere *Æschylea λαμπρὸς δυνάστας*, qua non tam sidera (quæ modo commemoravit *ἄστρον ὁμήγουριν*), sed solis et lunæ cursus significantur.

11. *κρατεῖ ἐλπίζον*, in *sperando superius est*, magis aliquid sperat quam alii, ut *κρατεῖν τρέχοντα* cet. Ita Klausen. *Auctoritatem habet*, atque ideo *imperat*, interpretari malunt alii ac nuper Hermannus, qui contulit locum meo iudicio non plane similem, Hec. 282. οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἀ μὴ χρεῶν. At pusilla est sententia, *et nunc observo signum, quia sic imperat regina*. Aliquanto fortius est *κρατεῖ ἐλπίζον* quam simplex *ἐλπίζει*, quoniam quæ ἀνδρόβουλον κέαρ habet, plusquam muliebria concipere solet. Sed malis sic

scripsisset *Æschylus ὦδε γὰρ κέαρ—ἐλπίζον κρατεῖ*.

12. Ambulatoriam sub dio stationem describit excubitor verbis *νυκτίπλαγκτον εὐνήν*, quibus declarare vult se *εὐνήν* quidem habere, sed eam insomnem. Confer v. 321.—*εὖτ' ἂν*, sequente *ὅταν*, diverso quidem sensu accipi non potest, ut voluit non nemo, quoniam altera tantummodo forma est ejusdem vocis: vide Buttm. Lexil. in v. (p. 313. ed. Angl.) Scilicet dicturus erat *εὖτ' ἂν ἔχω*, τότε αἰίδω, sed interponit, *et quando, ut vigil pernoctem, me ad cantandum recipio, tunc etc.* Quod dedit Hermannus, *τί μὴν; φόβος γὰρ κ.τ.λ.*, ego in textum inferre nec ausim neque velim, cum in positione pronomini *ἐμήν*, in qua et alii offenderunt, nihil videam nisi metricam necessitatem: nam post *νυκτίπλαγκτον ἔνδρυσόν τε* proxime sequi debebat *εὐνήν*. Præterea solent istæ particulæ non inchoare, sed claudere senarium.

14. Causa timoris, qui somnum excutit, non est terror nocturnus, nam sponte et de industria id agit homo, ut ne altius somno obdormiat (v. 17); sed metuit ne non vigilans deprehensus poenas luat negligentiae.

15. τὸ μὴ, ὥστε μὴ, *συμβαλεῖν*: cf. v. 1265.—*βεβαίως*, Angl. *soundly*, Lat. *arcte dormire*.—*μινύρεσθαι*, Angl. *to whistle*. *Ælian*. Var. Hist. ix. xi. de Parrhasio pictore: καὶ ἦδε καὶ ὑποκινυρόμενος τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἐπειρᾶτο ἐπελαφρύνειν. Sane durum est, quod ter tantillo intervallo repetitur ὕπνος.

ὔπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,  
 κλαίω τὸτ' οἴκου τοῦδε συμφορὰν στένων,  
 οὐχ ὥς τὰ πρόσθ' ἄριστα διαπονουμένον.  
 νῦν δ' εὐτυχῆς γένοιτ' ἀπαλλαγὴ πόνων,  
 εὐαγγέλου φανέντος ὀρφναίου πυρός.

20

ᾧ χαῖρε λαμπτῆρ νυκτός, ἡμερήσιον  
 φάος πιφάύσκων, καὶ χορῶν κατὰστασιν  
 πολλῶν ἐν Ἄργει τῆσδε συμφορᾶς χάριν.  
 ἰοῦ, ἰοῦ.

25

Ἀγαμέμνωνος γυναικὶ σημαίνω τορῶς,  
 εὐνῆς ἐπαντείλασαν ὡς τάχος, δόμοις  
 ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι  
 ἐπορθιάζειν, εἴπερ Ἰλίου πόλις  
 ἐάλωκεν, ὡς ὁ φρυκτός ἀγγέλλων πρέπει·  
 αὐτός τ' ἔγωγε φροῖμιον χορεύσομαι·

30

17. ἄκος ἀντίμολπον ὕπνου est: remedium quo cantus adversus somnum paratur. Angl. *a remedy of song against sleep*. Nisi forte ὕπνου pendet ab ἄκος (nam nolenti dormire somnus est tanquam morbus summa cura fugandus), et ἀντίμολπον simpliciter significat μολπαῖον. Nam μολπῇ et μέλπειν proprie dicuntur de cantando ad lyram vel tibiam. Quæ si huic homini defuit, ei non fuit vera μολπῇ, sed sibilando fecit sibi quod potuit μέλος ἀντίμολπον. Ceterum totius loci hæc est sententia: Quandoquunque misellum lectum habeo somni expertem, cum propter discursandi sive ambulandi necessitatem, tum quia dormire non audeo præ timore; quandoquunque etiam, ad excutiendum soporem qui interdum vel invito obrepere solet, canere incipio, tunc cantus mihi in lacrymas vertit.

22. ἡμερήσιον φάος non modo ad captandam antithesin ponitur, sed lætitiæ et salutis lumen civibus ostentum indicat. Similiter v. 505. ἡκεὶ γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων.—ἡμερήσιον, ut νυκτερήσιος, nocturnus, Arist. Thesm. 204, forma insolentior est hoc saltem sensu.

26. Hac acuta exclamatione, ἰοῦ ἰοῦ (Angl. *hurrah*), signum do Clytæmnestræ ut surgat extemplo, et antelucana industria accingat se ad sacrificandum, sc. τὰ χαριστήρια, τὰ εὐαγγέλια (v. 253), quæ infra v. 577 cum ὀλολυγμῷ statim viso igne se obtulisse narrat Regina. Scilicet hoc ipsum ἰοῦ ἰοῦ respondente ὀλολυγμῷ excipere vult excubitor.—Hanc Hermannus “nimis stolidam hominis rusticitatem” ratus, ut Reginam expergefaceret vellet, ἰοῦ ἰοῦ post v. 21 collocavit, et σημανῶ in v. 26 ex libris inferioris notæ adscivit.

30. πρέπει. *Manifestum facit* vertit Buttmannus, Lexil. p. 351. de vv. θεόπροπος et πρέπειν disserens. Et sic Schol. Med. πρέπει· διαπρεπῶς σημαίνει. Sententiæ nexus hic est: “Reginam ad clamandum incitabo, si forte verus est nuntius ignis; et ipse ego præludens saltabo; nam sumam res bene evenisse dominis meis, viso hoc felicissimo igne. Sed, utut hoc sit (v. 34), utinam mihi contingat” etc. Corripit se quodammodo, tanquam nimis confidenter ac temere de veritate speratæ victoriæ locutus. Confer inf. 217. 246.

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεισόντα θήσομαι,  
 τρὶς ἔξ βαλούσης τῆσδὲ μοι φρυκτωρίας.  
 γένοιτο δ' οὖν μολόντος εὐφίλῃ χέρα  
 ἄνακτος οἴκων τῇδε βαστάσαι χερί—  
 τὰ δ' ἄλλα σιγῷ· βοῦς ἐπὶ γλώσση μέγας  
 βέβηκεν· οἶκος δ' αὐτὸς, εἰ φθογγὴν λάβοι,  
 σαφέστατ' ἂν λέξειεν· ὥς ἐκὼν ἐγὼ  
 μαθούσιν αὐδῶ, κού μαθούσι λήθομαι.

35

## ΧΟΡΟΣ.

δέκατον μὲν ἔτος τόδ', ἐπεὶ Πριάμου  
 μέγας ἀντίδικος,  
 Μενέλαος ἀναξ ἡδ' Ἀγαμέμνων,  
 διθρόνου Διόθεν καὶ δισκήπτρου  
 τιμῆς ὄχυρον ζεύγος Ἀτρειδᾶν,  
 στόλον Ἀργείων χιλιοναύταν  
 τῆσδ' ἀπὸ χώρας  
 ἦραν στρατιῶτιν ἄρωγάν,  
 μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη,

40

45

32. εὖ πεισόντα θήσομαι, *mihī pronomam tanquam felici casu usa*. Male K. *faciam ut bene cadant*. Utraque vox propria est de ludo tesserario, ut Soph. Frag. 686. στέργειν δὲ τὰ κπεισόντα καὶ θίσθαι πρέπει σοφὸν κυβερτῆν. Plat. p. 755. ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθισθαι τὰ πράγματα. Quæ loca laudavit Blomf. Tribus tesseris ludebatur, quarum singulis senionem jactum esse dicit, quæ summa fortuna erat.

36. "Usurpatur hoc proverbium de iis, qui præ metu tacent." Hermannus: qui ductum putat a bove, vel pedi hominis pedem suum imponente, vel stragulo aut alicui rei insistente, ut subtrahi non possit, sed quasi affixa maneat. Theognis, v. 815. βοῦς ἐπὶ μοι γλώσση κρατερῇ ποδὶ λᾶξ ἐπιβαίνων ἴσχει κωτίλλειν. Vide *New Cratylus*, § 468. Nihil hic de accepta pecunia, quum fidelem se domino plane pro-

fiteatur servus, quod recte monuit Blomf.

39. ἐκὼν ad λήθομαι haud minorem vim exserit quam ad αὐδῶ. Herod. iv. 43. τοῦ ἐπιστάμενος τὸ ὄνομα ἐκὼν ἐπιλήθομαι. Ibid. iii. 75. ὁ δὲ τῶν μίντοι ἐκείνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἐκὼν ἐπελήθετο. Vix monendi sunt tirones, ἐκὼν et ἄκων apud Græcos non tam *sponte et invito*, quam *consulto et casu valere*.

44. ὄχυρον ζεύγος. Ut κλεινὸν ζυγὸν se vocant fratres, Eur. Hel. 392. Interpunctionem post τιμῆς sustulit Hermannus, qui æque ad τιμῆς pertinere ζεύγος atque ad Ἀτρειδᾶν monuit.

47. ἄρωγάν libri, sed superscripta *η* in Med. "Non puto hæc verba, *στρατιῶτιν ἄρωγάν*, per appositionem ad στόλον addita esse, sed epitheti officio fungi, *exercitum duxerunt ad militare auxilium*." Herm.

τρόπον αἰγυπιῶν, οὔτ' ἐκπατίοις  
 ἄλγεσι παίδων ὕπατοι λεχέων 50  
 στροφοδινούνται,  
 πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσύμενοι,  
 δεμνιοστήρη  
 πόνον ὀρταλίων ὀλέσαντες.  
 ὕπατος δ' αἶων ἦ τις Ἀπόλλων 55  
 ἦ Πάν ἦ Ζεὺς οἰωνόθορον  
 γόνον ὄξυβόαν τῶνδε μετοίκων,  
 ὕστερόποινον  
 πέμπει παραβᾶσιν Ἐρινύν.  
 οὕτω δ' Ἀτρώεω παῖδας ὁ κρείσσων 60  
 ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει Ξένιος  
 Ζεὺς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικὸς  
 πολλὰ παλαισμάτα καὶ γνιοβαρῆ,  
 γόνατος κονίαισιν ἐρειδομένον,

49. ἐκπατίοις. Optima mihi quidem videtur Elmsleii interpretatio, *solitario luctu*, h. e. luctu ob amissos pullos qui iis suadet in remota sylvā plorare, et quasi πάντων ἀνθρώπων ἀλείνειν. Sic ἐκ πάντων Pl. xx. 137. Schol. Med. τοῖς ἐξω τῆς ὁδοῦ. Æschylei moris non est ἐκπατίοις scribere pro ἐκπατίων, per figuram hypallagen. *Præter solitum ingentibus*, h. e. nimis, vertunt Dind. K. Linwood et Conington. Ex Od. xvi. 216, sumptum esse hunc locum monuit Bochartus ap. Herm.

54. δεμνιοστήρη πόνον. Laudat hunc locum Hesychius in v., qui πόνον explicat τὰ (τὸν) ἐπὶ τὴν τροφήν αὐτῶν. "Non satis accurate. Δεμνιοστήρης πόνος ὀρταλίων est *cubiliprema cura pullorum*, sive labor quem parentes pullis in cubando sustinuerunt." Herm. δεμνιοστήρης μοῖρα, quæ cubare faciat, inf. 1424.

55. Videtur poeta voluisse: ὕπατος τις αἶων, ἦ Ἀπόλλων, ἦ Πάν, ἦ Ζεὺς. Et Apollo quidem, quia divinationis auctor est; Pan, quia agrestium animalium habebatur patronus; Zeus, ut summus iudex ac supremus injuriæ defensor.

57. μέτοικοι vocantur vultures (non puli), quia in mente habuit poeta notum illud Atheniensium institutum, quo læsi μέτοικοι per προστάτας suos jus repetere solebant. Hoc igitur loco dii sunt quasi patroni orbatis vulturibus. τῶν δὲ μετοίκων Hermannus, qui τῶνδε inutile esse monet, si de ipsis avibus dicatur, et ὕπατος αἶων (ἔστι) intelligit, μετοίκων de avecta Helena, quæ sub volucrum imagine indicatur, παραβᾶσιν de Trojanis accipiens. Obstare videtur quod statim sequitur οὕτω δὲ, tanquam non nisi de avibus adhuc locutus sit poeta.

62. πολυάνορος. πολλοὺς μνηστήρας ἐσχενκίας. Schol. Med.

64. Imago a luctando est. Vide ad Suppl. 85. Ælian. Var. Hist. iii. xvii. Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, οὐ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, εἰς γόνυ πεσούσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀνέστησεν αὐθις. Cf. ἐπὶ γόνυ κέκλιται Pers. 914. Placet Arnaldi conjectura, a Blomf. commemorata, quanquam a plerisque neglecta, κονίαις ἐνερειδομένον. Simillimum certe est istud Theocriti, εἰ γ' ἐνερειδάμενος πτέρρ' γόνυ, Id. vii. 8.—γόνατος genitivum post pa-

διακναιομένης τ' ἐν προτελείοις	65
κάμακος, θήσων Δαναοῖσιν	
Τρωσί θ' ὁμοίως. ἔστι δ' ὅπη νῦν	
ἔστι· τελείται δ' ἐς τὸ πεπρωμένον·	
οὔθ' ὑποκλαίων οὔθ' ὑπολείβων	
[οὔτε δακρύων] ἀπύρων ἱερῶν	70
ὄργας ἀτενεῖς παραθέλξει.	
ἡμεῖς δ' ἀτίται σαρκὶ παλαιᾷ	
τῆς τότ' ἄρωγῆς ὑπολειφθέντες	
μῖνονμεν, ἰσχὺν	
ἰσόπαιδα νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις.	75
ὃ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων	

*λαίσματα*, non absolute positum putat Herm.

68. ἐς τὸ *πεπρωμένον*, ut semper fere dicitur *ποῖ τελευτήσω*; et similia. Sententia est: capta modo Troja exitus in manu deorum est, ac quomodo eventura sit res nondum videmus. Susplicandum tamen esse malum docet propter nondum expiata delicta.

69. *ὑποκλαίων* Casaub. *ὑποδαίων* Franz. Ineptam esse participiorum *ταυτολογίαν* sensit Dindorfius. Crediderim *οὔτε δακρύων* interpretamentum fuisse ad *οὔθ' ὑπολείβων* appositum, quod vel de libando vel de lacrymando intelligi potuit. Itaque uncis inclusi; et eandem video esse Hermannii sententiam.

70. *ἀπύρων ἱερῶν*, h. e. *ἀθύτων*, propter neglectos ritus, propter sacrificia non facta. Quando aliquis læsit vel spreuit deos, non valent lacrymæ ad avertendum malum. Sententia generalis est, omisso nominativo *τις* ad *παραθέλξει*, et exemplo offensi numinis non ex certa re vel persona petito, sed in universum ex neglecto deorum cultu. Sed intelligi vult chorus violatas a Paride hospitii leges; sermo enim revera non tam de Agamemnone, quam de Trojanis est, qui prima totius mali causa fuerunt. Cum vero dixisset *Δαναοῖσιν Τρωσί θ' ὁμοίως*, consulto ambiguum reli-

quit utram partem præcipue intelligi voluerit. Ad *παραθέλξει* nominativum *Ἀγαμέμνων* adscivit Dind., qui *ἄπυρα ἱερὰ, nefarium sacrificium*, de mactata Iphigenia accepit. Minus recte, dixissem, nisi nuper ei accessisset gravissima Hermannii auctoritas. Quod ad structuram, Hesychius *ἀπύρων· ἀθύτων. Eur. Hipp. 147. ἀνίερος ἀθύτων πελάνων. Hel. 1334. ἀφλεκτοί πέλανοι. Sic τόκοι ἄγονοι Ced. Tyr. 27.*

72. Nos autem senes domi manemus: respicit ad v. 45 seq.—*ἀτίται, sprete*, tanquam vi bellica plane destituti. ab *ἀτίτης*. Sic Blomf. Dind. Franz. cum vet. libris. Med. autem *ἀτίται*, quod incertum est pro *ἀτίται* an pro *ἀτίται* positum sit. Hesych. *ἀτίτης· ἀτιμος, ἀτιμώρητος. τίτης φόνος, ultor, Cho. 59. ἀτίτος inultus legitur inf. 1403. Hom. Il. xiii. 414. ἀτίτος, non repensus, Il. xiv. 484. ἀντίτος (ἀν τιτὸς Bekkerus) Il. xxiv. 213. Inter ἀτίται et ἀτίται adeo difficile est verum deligere, ut dubitaverit etiam Hermannus utrum recipiendum sit. Et ille quidem dativum prætulit; sed videndum ne sic poeta *ἀτίται* potius quam *ἀτίται* scripsisset.*

76. “Quando enim medulla pectoris e juvenili senilis facta et robore destituta est, tum senex decrepitis tribus pedibus, puero non robustior, somnii instar ingreditur.” K., qui *ὅτε* edidit. Et recte quidem *ὅτε*, non

ἐντὸς ἀνάσσω  
 ἰσὺπρεσβυς, Ἄρης δ' οὐκ ἐνὶ χώρᾳ,  
 ὃ θ' ὑπέργηρως, φυλλάδος ἥδη  
 κατακαρφομένης, τρίποδας μὲν ὁδοῦς 80  
 στείχει, παιδὺς δ' οὐδὲν ἀρείων  
 ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.  
 σὺ δὲ, Τυνδάρεω  
 θύγατερ, βασιλεια Κλυταιμνήστρα,  
 τί χρέος; τί νέον; τί δ' ἐπαισθομένη, 85  
 τίνος ἀγγελίας  
 πευθοῖ, περίεμπτα θυοσκινεῖς;  
 πάντων δὲ θεῶν τῶν ἀστυνόμων,

ὅταν, utitur chorus, cum de se loquatur ac de re quæ et vera et præsens est. Sed vide infra.

77. ἀνέσσω, *saliens*, ex Hermanni conjectura, quæ sine dubio bona est, receperunt recentiores. Sed vulgatum satis apte significat *imperium tenens*, cum puerilis vigor *regnat* in pectore.

78. οὐκ ἐνὶ (h. e. ἐνεστί) χώρα libri optimi. Id sic mavult interpretari Hermannus, "non inest, non censetur in loco aliquo et numero," collato Theogn. 151 et 821, cum vulgo vertant *in suo loco non est*.

79. Libri *τιθιπεργήρως* vel *τόθιπερ γήρως*, nulla notabili varietate. τό θ' ὑπεργήρων Stanl. Blomf. Peile, Conington, ac nuper Herm. Dind., qui ἀρείων in v. 81 pro ἀρειον positum accipiunt, ut ad intellectum γέρων referatur. ὃ θ' ὑπέργηρως Franz., bene, si ὃ τε γάρ, v. 76, scribatur, ut sensus sit: tres sunt ætates, pueri scilicet, juvenis, et senis; quarum secunda sola est ἡ ἡλικία, ætas militaris, reliquæ pariter inutiles sunt. Vide ad Theb. 10.

80. In τρίποδας ὁδοῦς respexit Œdipi ænigma. Quum enim dixisset ἰσχύον νέμοντες ἐπὶ σκήπτροις, eam imaginem paullo curiosius persequitur. τρίπους βροτός etiam Hesiod. Opp. 533.

82. ἀλαίνει, id. q. ἀλύει, *delirat*. Putat se vegetum esse ac strenuum, cum revera sit nihilo fortior puero. Proverbium fuit

δις παῖδες οἱ γέροντες, Soph. Frag. 434. Arist. Nub. 1417. Non ipsum noctis insomnium, sed tantum vanam vigoris opinionem, exprimit per oxymoron, ὄναρ ἡμερόφαντον. Vide ad Eum. 126.

87. Vulgo πειθοῖ. πειθοῖ Flor. πευθοῖ Dind. ex Blomf. conjectura. Confer Theb. 364. — περίεμπτα adverbii loco accipit Blomf. Nescio an rectius intelligas donaria, quæ jam antea, expectata victoria, civibus distribuenda curaverat Regina, quæ aris imponerent.—θυοσκινεῖς pro θυοσκινεῖς ex Turn. Farn. et Schol. admiserunt plerique recentiorum, non item Hermannus. Utraque vox incertæ auctoritatis est; nec satis liquet quo fonte derivatæ sint. De scriptura Mediceæ hæc tradidit Dindorfius in Præfat. ad ed. 1851, p. xx. "θυοσκινεῖς ex conjectura restitutum est, collata glossa Hesychii *θυοσκινεῖν*. Codex Medicæus *θυοσκινεῖς*, litera ι, quæ primo non scripta fuerat, ab eadem aliave manu inserta. Fuit igitur *θυοσκινεῖς*, quod memorabile propter similem glossam Hesychii *θεοσκινεῖ*: θεοὺς τιμᾷ, ubi Musurus *θεοσκινεῖ* interpolavit." — περίεμπτα θυοσκινεῖν olim interpretatus sum *κινεῖν θύη τὰ περιεμφθέντα*, nec nunc pœnitet. Nam potuit Æschylus novum verbum conficere ad hoc ipsum quod sententia postulat exprimendum.

88. Deorum urbicorum (τῶν πολιτισσούχων) quasi duo ordines sunt, et cœlestium



ὑπάτων, χθονίων,  
 τῶν τ' οὐρανίων τῶν τ' ἀγοραίων, 90  
 βωμοὶ δώροισι φλέγονται·  
 ἄλλη δ' ἄλλοθεν οὐρανομήκης  
 λαμπὰς ἀνίσχει,  
 φαρμασσομένη χρίματος ἀγνοῦ  
 μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις, 95  
 πελάνῳ μυχόθεν † βασιλείων.  
 τούτων λέξασ' ὅ τι καὶ δυνατόν  
 καὶ θέμις αἰνεῖν,  
 παιῶν τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης,  
 ἢ νῦν τοτὲ μὲν κακόφρων τελέθει, 100  
 τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανά φαίνουσ'

et inferorum; quare ὑπάτων, χθονίων, significat *sive ii sint caelestes, sive inferi*. Adjungit alterum discrimen inter deos cœli et elementorum, et deos qui quasi inter homines versantur ac negotiis forensibus præsunt, quorum statuæ cum in Agora poni solerent, vocantur ἀγορᾶς ἐπισκόποι Theb. 261. Vide ad Suppl. 997. Ceterum optime ad hunc morem illustrandum excitavit Hermannus Schol. ad Equit. 1317. ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυαῖς ἱσταμένοις θεοῖς ἐπὶ ταῖς ἐρχομένοις ἀγγελίαις θύειν, ὡς ἀν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν, ἐπινεύσαιεν ταύταις, εἰ δὲ τοῦναντίον, ἀποτρέψαιεν. Ignis in ipsa orchestra accendi putat Müller. Dissert. ad Eum. p. 252.

93. ἀνίσχει, sc. ἐαυτὴν, ut sæpissime πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. ἴσχει intransitive Cho. 1041.—χρίματος antiquior forma esse videtur. χρίσματος Flor. Farn.—παρηγορίαις, *placamentis*, sc. ad iram deorum avertendam. Musæus, v. 39. πολλάκι καὶ τὸν ἔρωτα παρηγορεῖσκε θυηλαῖς. Hæc purissima unguenta sunt ἀδοла, genuina ac non adulterata; id quod rebus pretiosis solet contingere.

96. Libri βασιλείῳ. βασιλείων scribere vix est mutare. πελάνων pro πελάνῳ legebatur Schol.

98. αἰνεῖν, *prædicare* (unde Romano-

rum *aio*; cf. *τίνω* et *τίω*), ancipiti sensu dictum monet Herm. ut Cho. 184. Equidem intelligo *ἀ θέμις ἡμῖν αἰνεῖν*, non *ἀ θέμις σοι*. Nam *αἰνεῖν* confidentiam quandam de rei veritate exprimit, ut nos dicimus *to be satisfied of the fact, to acquiesce, to take it for granted*; quo significatu *ξυναινεῖσαι* legitur inf. 468. *παραινέειν, hortari*, est proprie *dicendo persuadere*, Angl. *to talk over, ut παρειπεῖν, παραγορεύειν. ξυναινεῖν, promittere*, Cho. 620, proprie valet *verbis cum quolibet pacisci*. A *prædicando* denique facillime ad *laudandum* transitur. Non multum differt *αὔχειν* a primario sensu hujus verbi; sed abest malum omen ab *αἰνεῖν*, *αὔχειν* autem semper invidiose dicitur, *to presume*.

99. παιῶν τε γενοῦ post participium λέξασα plerisque duriuscule constructum videtur. Variatur notus Atticismus, quo verbum participio subnectitur per *εἰτα, εἰτα δὲ, καὶ εἰτα, vel καί*. Sic Acharn. 24. ὤριαν ἦγοντες, *εἰτα δ' ὥστιονται πῶς δοκεῖς*; Confer Cho. 548. Lysistr. 560. Av. 674. Equit. 392. Nub. 179. *εἰτα διαβήτην λαβὼν ἐκ τῆς παλαιστρας θ' ἱμάτιον ὑφείλετο*. Theocr. iv. 61. xv. 17. Soph. Frag. 563.

101. ἀγανά φαίνουσ' Flor. Farn., in qua scriptura acquiescendum videtur. *φαί-*

ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἅπληστον,  
τὴν θυμοβόρον φρένα †λύπην.

κύριός εἰμι θροεῖν, ὄδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν στρ.  
ἐκτελέων (ἔτι γὰρ θεόθεν καταπνέει 105  
πειθῶ μολπᾶν  
†ἀλκῇ ξύμφυτος αἰὼν),  
ὅπως Ἀχαιῶν δῖθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας  
ξύμφρονα τάγαν, 110

νεις Mediceus. φανῖσ' Rob. φαίνειν dedit K., qui valde contortam molitur constructionem. ἀγανὰν φαίνουσ' ἐλπίδ' Dobræus, Advers. ii. p. 23. Ad φαίνουσα vulgo intelligitur *εαυτήν*, ut modo v. 93. Cf. Eur. El. 1234. Hermannō autem primaria verbi significatio videtur esse *lucere* (Homeri φαίνω), tum demum *illustrare, declarare*. Et sic sane Hesych. φαίνει· λάμπει, φαντάζει.—δς ἀναφαίνεις Franz. ex conject. Ahrensii. ἀγανὴ σαίνουσ' Butl. Dind. Possis fortasse ἀγανὴ φαίνεις ἐλπίδ' ἀμύνειν κ.τ.λ., *benefolia ostendias spem ad sollicitudinem amovendam*; vel melius etiam ἀγανήν.

103. τὴν θυμοφθόρον λύπης φρένα Med. cum plerisque libris. τὴν θυμοβόρον non nisi Flor. Farn. cum Turn. Vict. Quod dedi, ex Turnebi conjectura est. Schol. Med. ἥτις ἐστὶ θυμοβόρος λύπη τῆς φρενός. Photius, θυμοβόρος· ἡ τὴν γῆν (ψυχὴν) διαφθείρουσα. Sed suspectum est φρένα, quippe quod glossam sapiat. Audacius remedium quæsierunt Franzius et Hermannus, quorum hic τῆς θυμοβόρου φρενολύπης, ille λύπης. θυμοφθόρον ἀγην ex conjectura H. L. Ahrensii scripsit. τῆς θυμοβόρου φρένα λύπης Dind.

104. Sententia: etsi militando non sum aptus, utpote senex (v. 72), tamen potis sum et idoneus ad canendum (adhuc enim ætas mea, viribus conjuncta, sc. vim habens congenitam, ac nondum omnino effeta et debilis, divinitus inspirat fiduciam cantus), quomodo Trojam venerint Atridæ etc.—ὄδιον κράτος αἴσιον, victoriam avibus obi-

ter portentam. Confer Pind. Nem. ix. 18. Herc. Fur. 596. ὄρην δ' ἰδὼν τιν' οὐκ ἐν αἰσίους ἔδραις. Inf. 152. ὀρνίθων ὀδίων. Alia est Hermannī sententia, qua ὄδιον κράτος valere putat *vim viatricem*. Imo αἴσιον de dextro omine, ὄδιον de loco ubi habitum est augurium dicitur.

105. ἐκτελέων, *explicans, εκτολυεύων*, h. e. eventum habuisse ostendens. Plerisque genitivus est ab ἐκτελής, sed quo sensu accipiendus non constat inter viros doctos. Hermannus post alios ἐντελέων, h. e. τῶν ἀρχόντων, sed idem divisim scriptum ἐκτελέων non improbat, ut sit κράτος ἐξ ἀνδρῶν τελέων, “imperium quo a supremis ducibus imperata est expeditio.”

106. μολπᾶν ex Mediceo affert Franzius; sed Herm. “μολπᾶν etiam M.” Ceteri μολπᾶν præbent. Tum ἀλκᾶν libri omnes. ἀλκῇ Bothius, et sic Dind. Franz. Herm. ἀλκᾶν ξύμφυτον Blomf. ἀλκᾶν ξύμφυτος Peile, Conington, Klausen. Longe diversam a reliquis explicandi rationem iniiit Hermannus, cui ἀλκῇ ξ. αἰὼν est *bello conjunctum tempus*, per appositionem ad πειθῶ sic additum, ut causam fiduciæ indicet, sc. nondum exactum belli tempus.

109. ἥβαν Æschyli codices, ἥβας optimi Aristophanis, a quo hic versus laudatur, Ran. 1285.—τάγαν dedi pro ταγάν (cujus prior syllaba ubique corripitur; cf. Eum. 286, et Blomf. not. crit.) ex Hermannī conjectura. ταγὸν Blomf., quod malum est, quia *unanimes dux* de duobus intelligi vix potest. τάγῃ autem pro ταγοὶ eodem jure usurpatur quo ἀρχάς v. 123.

πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι  
 θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,  
 οἰωνῶν βασιλεὺς βασιλεῦσι νεῶν, ὁ κελαινός, ὅ τ' ἔξοπιν ἀργᾶς,  
 φανέντες ἵκταρ μελάθρων, χερὸς ἐκ δοριπάλτου, 115  
 παμπρέπτοις ἐν ἔδραισιν,  
 βοσκόμενοι λαγίναν ἐρικύμονα φέρματι γένναν,  
 βλαβέντα λοισθίων δρόμων.  
 αἶλινον, αἶλινον εἶπε, τὸ δ' εὖ νικάτω. 120

κεδνὸς δὲ στρατόμαντις ἰδὼν δύο λήμασι δισσοὺς ἀντ.  
 Ἀτρεΐδας μαχίμους, ἐδάη λαγοδαίτας  
 πομπούς τ' ἀρχάς,  
 οὕτω δ' εἶπε τεράζων·

111. σὺν δορὶ δίκας πράκτορι habent Æschyli libri. σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι ex Arist. Ran. 1289, vulgo receptum est. Hermannus: "Aristophanes ista vel minus fida memoria citavit, vel pro suo arbitrio paulum mutavit. Æschylum aliud scripsisse et libri arguunt et ostendit metrum versus antistrophici. Id fuit ξὺν δορὶ πράκτορι ποιναῖς." Quod præclare exco-  
 gitatum est.

114. Libri ἀργίας, quæ vox omnino nihili esse videtur. Scribendum ἀργᾶς cum Blomf. Dind. Franz. Herm. (qui ad Eur. Hel. 1322, ἀργᾶς maluit, nescio an rectius, est enim ab ἀργαίς pro ἀργήεις, Pind. Ol. 13. 99. Confer τιμῆς pro τιμήεις Il. ix. 605. xviii. 475. ὑπερέκδαντας ib. iv. 66.) De his aquilis, quarum altera πύγαργος et νεβροφόνος, altera μελαναίτος et λαγωφόνος vocabatur, vide Aristot. Hist. An. ix. 32. Ceterum poetæ per πύγαργον ignavum significabant. Etym. M. p. 695. 50. πύγαργος· εἶδος αἰετοῦ. Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ δειλοῦ (Frag. 932), ἀπὸ τῆς λευκῆς πυχῆς, ὥσπερ ἐναντίως μελαμπύγης ἀπὸ τῆς ἰσχυρᾶς. (Legendum fortasse, ἀπὸ τῆς μελαινης, ἰσχυρός.) Voluit Æschylus diversam fratrum indolem indicare; unde mireris in v. 121 Dindorfio placuisse Lobeckii πιστοὺς pro δισσοῦς. Vide Il.

xvii. 588. Plat. Symp. p. 174. C.

116. παμπρέπτοις ἐν ἔδραισιν. De fausta coeli regione accipit Hermannus, collatis Ennii versibus ap. Cic. de Div. i. 48, ubi *pulcra loca* sic dicuntur. Sed debet *πάμπρεπτος* ita valere *faustum*, ut sit *cujus patet omnibus aspectus*; quod clare ostenditur.

117. ἐρικύματα Med. Guelph. Rob. Reliqui cum Schol. ἐρικύμονα. ἐρικύματα φέρματα Turn., quod olim edidi (de scriptura Mediceæ a Blomf. deceptus), propter βλαβέντα, cujus ea nunc structura est, tanquam dixisset *λαγὼ καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς*, vel *λάγινα γεννήματα*, ut inf. 545. *λαγῶν* intelligit Herm., duriuscule propter genus masculinum de *τοκάδι* usurpatum.—*λοισθίων δρόμων*, *extrema cursus parte*, i. e. cursu qui restabat, intercepta; "quum jam in eo esset ut effugeret impetum aquilarum." Herm. De significato verbi βλάπτειν, *cursu impedire*, vide *New Cratylus*, § 454.

123. "Agnovit aquilas et duces: agnovit utrosque hos esse idem, alteros alteris designari." K.—λήμασι δισσοῦς, *indole diversos*, sc. hunc tardiozem, illum acriorem. Vide supr. ad v. 114.

124. τεράζων Hermannus, qui laudat Etym. M. p. 737. 11.

“ Χρόνῳ μὲν ἀργεῖ Πριάμου πόλιν ἄδε κέλευθος, 125

πάντα δὲ πύργων

κτῆνη πρόσθε τὰ δημοπληθῇ

μοῖρ’ ἀλαπάξει πρὸς τὸ βίαιον.

οἶον μὴ τις † ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας

στρατωθέν· οἶκῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἀγνά, 131

πτανοῖσιν κυσὶ πατρὸς,

αὐτότοκον πρὸ λόχου μογεράν πτάκα θυομένοισι· 135 ✓

125. ἀργεῖ, præsens propheticum, *capit* pro *capiet*. Libri levi errore ἀργεῖ. αἰρεῖ Elmsl. Blomf.

127. Sed omnes pecudes, quæ ante urbem pascuntur, sors violenter diripiet. κτῆνη ex sola Hesychii et Schol. auctoritate interpretantur χρήματα, *opes*. Equidem intelligo rapinas propter victum quotidianum factas ab exercitu, de quibus notus est locus Thucyd. i. 11.—πρόσθε πύργων, ut πρόνομα βοῶτα Suppl. 672. Durius dictum esset πύργων κτῆνη, *turrium opes*; et jejuna, imo absurda, est sententia: capietur quidem Troja, sed prius omnes ejus opes diripientur. Nihilo melius explicaveris τὰ πρόσθε δημοπληθῇ. Hermannus ex Pauwii conjectura πρόσθετα admisit (προσθετὰ Med.), “*vi fatum turrium opes diripiet collatas a populo*. Opulentiam dicit Priami, ex tributis civium collatam.” Sic ille. Mihi quidem δημοπληθῇ sunt quæ ad populum pertinent, quæ in agro publico habentur. Ceterum ob metrum fortasse legendum δημοπληθῆα. Vide Dind. Præf. p. xx., et supr. ad v. 111.—Sententia totius loci hæc esse videtur: capietur quidem Troja, sed non antea quam famelicus exercitus diu ante moenia conseriderit. Interpretandi ratio qua utitur Calchas ita se habet: Aquilæ sunt duces: leporis fetus ante partum discerptus significat κτῆνη βαιῶς σφαγίντα. Qui vertunt: et opes diripientur etc., parum attendunt ad μὲν et δέ.

130. Cavendum modo, ne qua deorum invidia obscuret magnum militare frænum Trojæ, sc. pessum det expeditionem qua Troja coercenda est. οἶον μὴ, modo ne,

ut recte interpretatur Goettling. ad Hes. Theogn. 26, et Schol. μόνον μὴ. De subjunctivo vide inf. ad v. 332.—ἄγα pro ἄτα Herm. recte, ut vel e seq. οἶκῳ γὰρ ἐπίφθονος patere monuit Blomf. Vide inf. ad v. 709. His verbis innuitur periculum esse ne deorum invidia obnubilet et malis afficiat eam expeditionem; quæ, inquit, invidia inde expectanda est, quia irata est Artemis Atridis. Flexiloqua et obscura effundit vates, ut vatem debebat; sed primum videamus quo artificio usus sit Æschylus ut placandam cæde Iphigeniæ hanc deam fabulæ inducat. Signum tantummodo, non causam mactandæ puellæ hoc portentum fuisse recte monet Blomf. Nequæ enim hunc in modum ratiocinatur vates: si aquilis infensa est Artemis, Atridæ autem per aquilas significantur, infensa est dea etiam Atridis; quod plane ineptum esset; sed πτανοῖσιν κυσὶ cet., quantum per aquilas cognosci potest (sic vertit Herm.), ita explicandi causa adjiciuntur, ut voluerit Calchas, iram in aquilas portare iram in Atridas. Causam iræ in Agamemnonem aliunde petendam, fortasse ex cæsa cerva Soph. El. 566, monuit K.

*Ibid.* προτυπὲν. “Non videtur hoc verbo proruens exercitus significari posse, quum ea activi tantum verbi potestas sit: multo minus autem procusum ferrum: sed proprie intelligendum, prius percussum, i. e. ante belli clades immolatione Iphigeniæ afflictum.” Herm.

131. στρατωθέν. “Est στρατοῦσθαι, quod significat in castris esse, diversum a στρατεύσθαι. Hic commorantes Aulide intelliguntur.” Herm.

στυγεί δὲ δέϊπνον αἰετῶν.  
αἶλινον, αἶλινον εἶπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

τόσσον περ εὐφρων ἂ καλὰ ἐπιδός.  
δρῶσοισι †λεπτοῖς μαλερῶν λεόντων,  
πάντων τ' ἀγρόνυμων φιλομάστοις 140  
θηρῶν ὀβρικάλοισι [τερπνὰ],  
τούτων αἰτεῖ ζύμβολα κρᾶναι,  
δεξιὰ μὲν, κατάμομφα δὲ φάσματα [στρουθῶν].  
Ἰήιον δὲ καλέω Παιᾶνα,  
μή τινας ἀντιπνόους Δαναοῖς χρονίας ἔχενῃδας ἀπλοίας 145  
τεύξῃ, σπενδομένα θυσίαν ἐτέραν, ἄνομόν τιν', ἄδαιτον,

136. Quomodo apparet per aquilas succensere Artemin? Quia cum averteretur caedem leporis, perinde qui per eas volucres significatur odio ab ipsa haberi manifestum est.

138. Sensus hic est: Artemis, quamquam omnibus ferarum catulis amica, ut *λοχεία* θεός, et in universum rerum naturæ integritatis conservatrix (Herm.), ac magno pere detestans *αὐτότοκον* *θυσίαν* leporis, nihilominus rogat patrem Jovem (*τὸν τέλειον* inf. 946) ut rata faciat quæ ab his aquilis portenduntur non omnino in malam partem (*κατάμομφα*), sed partim etiam feliciter (*δεξιὰ*), quoniam ad dextram, *χερὸς ἐκ δοριπάλτου* v. 115, apparebant.

139. Libri *ἀέλπτοις* vel *ἀέπτοις*. Schol. Med. τοῖς ἐπισθαί γονεῦσι [μὴ] *δυναμένοις*. Verissime, inquit Hermannus, cui placuit hæc lectio. *ἀέλπτοις* tuetur Franz. ex Hesychii glossa: *ἀέλπτοι* δεινοὶ καὶ ἄσπτοι. *Αἰσχύλος* Πρωτῇ (Frag. 211). Sane quod insperatum et inopinum est, idem *δεινόν* recte habetur; nec tamen idcirco insperatus catulus est ferox catulus. Neutrum horum mihi placet; nec debebat Hermannus dubitare de v. *λεπτός*, *tenuis*, *parvulus*, de catulis usurpata. Itaque recepi Wellaueri et Blomfieldii conjecturam, sc. A in Α mutata.—*Λιόντων* pro *δόντων* (ὄλων Rob.) ex Etym. M. p. 377, repo-

situm.

141. *τερπνὰ* vel glossa ad *εὐφρων* ascripta, vel ad anapæstum explendum intrusum videtur. Itaque ego quidem uncis inclusi. Hermannus *θηρῶν ὀβρικάλοισι ἐπιτερπνὰ*, ubi *τερπνὰ* intelligit *læta*.

142. *κρᾶναι*. Hermannus *κρίναι*, et in proximo v. *φάσματι τῷ στρουθῶν*, quod meis auribus *Æschyleum* non sonat. *στρουθῶν* omittendum monuit Porsonus, ut ex II. ii. 311, illatum, quem locum respexisse *Æschylum* verisimile est. *ἀητῶν* Franz. (h. e. *ἀετῶν*.) Deest sine dubio spondæus ad supplendam justam versus mensuram.

144. Versus *ἄμετρος* et meo iudicio corruptus. Dactylicum fuisse indicat *καλέω* solute scriptum. Sententia: illa quidem rogat Jovem; sed ego, utpote vates, invoco Apollinem, fratrem ejus (imo Pæanem, qui, quisquis est, non est frater Dianæ, Herm.), et *τὸν ἰήιον*, deum averruncum et medentem, ut *τὰ κατάμομφα* quæ insunt omni avertat, sc. ne illa præ ira naves retineat, alterum sibi fieri exigens sacrificium (quæ vis est mediæ vocis *σπενδομένα*, monente Herm.). *θυσία ἐτέρα* non est *infausta*, *nefanda*, sed prior *θυσία* cum fuisset gravidæ leporis voratio (*θυομένοισι* v. 135), altera est cædes Iphigeniæ, secundum illam priorem facta.

νεικέων τέκτονα σύμφυτον, οὐ δεισήνορα· μέμνει  
 γὰρ φοβερά παλινόρτος  
 οἰκονόμος δολία μνάμων μῆνις τεκνύποινος.” —  
 τοιαῦδε Κάλχας ξὺν μεγάλοις ἀγαθοῖς ἀπέκλαγξεν  
 μόρσιμ’ ἀπ’ ὀρνίθων ὀδίω· οἴκοις βασιλείοις·  
 τοῖς δ’ ὁμόφωνον  
 αἴλινον, αἴλινον εἶπεν, τὸ δ’ εὖ νικάτω.

150

Ζεὺς, ὅστις ποτ’ ἐστίν, εἰ τὸδ’ αὖ-

στρ. α. 155

τῷ φίλον κεκλημένῳ,  
 τοῦτό νιν προσενέπω.  
 οὐκ ἔχω προσεικάσαι,  
 πάντ’ ἐπισταθμώμενος,

πλὴν Διὸς, εἰ τὸ μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος  
 χρὴ βαλεῖν ἐτητύμῳς.

160

οὐδ’ ὅστις πάροιθεν ἦν μέγας,

ἀντ. α.

παμμάχῳ θράσει βρώων,  
 †οὐδὲν ἂν λέξαι, πρὶν ὧν

148. σύμφυτον. Schol. Med. συγγενικήν. Obscura est locutio: *familiae inherentem, quæ a domo non discedit*. Post δεισήνορα supplevit Herm. φωτός, et vv. 145—9 rectius distribuit.

149. Manet Furiarum ira, quæ postea in auctorem cædis resurget, ut poenas cæsæ filiæ ab eo exigat. Ambigue dicitur μῆνις, quanquam addito οἰκονόμος δολία de Clytæmnestræ ultione intelligenda erat; ambigue etiam τεκνύποινος, quod in Thyestæ liberos, non solum in Iphigeniam cadere putandum est.

προκαλυμμάτων ἔπλευσε

Ζεφύρου γίγαντος αὔρα.

πολύανδροί τε φεράσπιδες κυναγοί 675

lor, ellipsis hujusmodi supplenda est; neque enim δὲ in εἰ δ' οὖν facile pro γάρ accipias: (Dicebam quidem eum ἄφαντον εἶναι v. 607:) sed si adhuc vivit etc., Angl. *but if he is alive*.

660. χλωρόν τε καὶ βλέποντα Hermannus ex Toupit conjectura; Hesychius enim χλωρόν τε καὶ βλέποντα, ἀντὶ τοῦ ζῶντα. Sed talia nimis temeraria videntur.

665. "Si recte legitur ὠνόμαζεν, intelligendum putem ita ut sit *capit nominare*. Sed dubitari potest an ὠνόμαζεν scripserit Æschylus." Hermannus. Exempla enotata ad manum non habeo; sed sæpe observavi imperfectum ὠνόμαζον in talibus prætelisse optimos auctores.

671. Libri ἐλένας. ἐλέναυς Blomf. Dind. Franz. Herm. Eligendum inter vocabulum analogiæ minus consentaneum, sed librorum auctoritate firmatum, et malum lusum in ἐλέναυς = 'Ελένη. Simili modo, quanquam minus feliciter, ludit in nomine Helenæ Euripides, Troad. 891. φεῦγε, μή σ' ἔλῃ πόθῳ· αἰρεῖ γὰρ ἀνδρῶν ὄμμαρ', ἐξαιρεῖ πόλεις.

672. ἀβροπῆνων Blomf. Dind. Franz., quod mihi etiam verisimilius videtur. Potest tamen ἀβρότιμος, formatum ut βαρύτιμος, μεγιστότιμος (Suppl. 24. 689),

σεμνότιμος Cho. 349, quod simul delicatum et pretiosum est significare. Et vulgatum servavit Herm. — προκαλύμματα sunt velamina toro circumdata (*curtains*), quæ si reliquit, reliquit etiam ipsum lectum conjugalem.

674. Laudant ex Hesych. γίγαντος· μεγάλου, ισχυροῦ, ὑπερφυοῦς.

675. *Et multi* (navigarunt, ἐπλευσαν a v. 673, nam minus apte εἰσι supplevit Herm.) *venatores, vestigiis eorum* (Helenæ et Paridis) *insequentes, qui navim nusquam visam jam antea appulerant virides ad ripas Simoentis*. Fugitiva navis dicitur ἄφαντος, quia Trojam prior advenerat et insequentes præverterat; et hoc quidem ex ratione venandi κατ' ἔχνος. — πλατᾶν et κέλσαντες Dind. Franz., quo facilius quidem et simplicior fit structura: cum navim appulissent, vestigiis remorum jam evanidis insistentes, sc. fugitivos non consecuti. πλατᾶν etiam J. Conington, cui vulgatum κελσάντων genitivus est absolute positus, sc. τῶν φευγόντων. Idem ἄφαντον ἔχνος πλατᾶν explicat de confuso remorum vestigio in liquido mari. Rectius, opinor, pro ἔχνος οἰχομένης νεὼς accepisset. Mecum plerumque consentit Herm.

κατ' ἵχνος πλάταν ἄφαντον  
 κελσάντων Σιμόεντος ἀκτὰς ἐπ' † ἀκριτοφύλλους  
 δι' ἔριν αἱματούεσαν. 680  
 Ἰλίφ δὲ κῆδος ὀρθώνυμον τελεσσίφρων  
 ἀντ. ἀ.  
 μῆνις ἤλασεν, τραπέζας ἀτίμωσιν ὑστέρω χρόνῳ  
 καὶ ξυνεστίου Διὸς  
 πρασσομένα τὸ νυμφότιμον 685  
 μέλος ἐκφάτως τίνοντας  
 ὑμέναιον, ὃς τὸτ' ἐπέρρεπεν  
 γαμβροῖσιν αἶδειν.  
 μεταμανθάνουσα δ' ὕμνον  
 Πριάμου πόλις γεραία 690  
 πολύθρηνον μέγα που στένει, κικλήσκου-  
 σα Πάριν τὸν αἰνύλεκτρον,  
 πάμπροσθ' ἢ πολύθρηνον αἰῶν' † ὦν † ἀμφὶ πολιτᾶν  
 μέλειον αἶμ' ἀνατλάσα. 695

679. Locus affectus, et in antistrophe non integer. Libri ἐπ' ἀξιφύλλους, sed εἰς ἀξιφύλλους Farn. αὐξιφύλλους Stanl. ἀρκεσιφύλλους Franz. Mihi nihil probabilius succurrit quam ἀκριτοφύλλους, quod vocabulum et Homericum est, et metro simul et sententiæ aptissimum. Cogitabam aliquando de ἀναξιφύλλους, ut ἀναξιφόρμιγξ apud Pindarum; sed frustra.—δι' ἔριν αἱματούεσαν cum ἐπλευσαν construendum; propter Helenam, rixæ causam futuram.

681. κῆδος duplici significato, et curam et affinitatem valet. Lusum Anglico sermone servare frustra conati sunt interpretes.

685. πρασσομένα duplicem regit accusativum, ut πράττεισθαι τινα χρέος sæpe dicitur; inf. 785. Thucyd. iv. 65. Nub. 246. ἐκφάτως incertum est: supra modum dicendum valere putat Herm. Fortasse clara voce, ut Homerus dixit ἐκφάσθαι ἔπος.—τίνοντας, si verum est, idem quod τίνοντας hic esse et ego olim et nuper docuit Hermannus. Est enim alibi honorare, ut supr. 250. Sed tamen dubitari nequit quin utriusque verbo, τῖεν et τίνειν, communis fuerit

origo, sc. debitum solvendi, ut tributum, honorem, pretium etc. Igitur sic intelligo: nunc demum poenas pendentes pro eo hymenæo, qui tunc Priami filios movebat ad canendum. ἐπέρρειν supr. 242 active dicitur. Hoc loco mavult Herm. intransitive accipere, et sic ego olim: quem tunc Paridis fratribus canere accidit. Confer autem Hor. Od. iv. 6. 15.

693. Libri παμπρόσθη πολύθρηνον αἰῶν' ἀμφὶ πολιτᾶν. πάμπροσθ' ἢ Blomf. πάμπροσθ' ἢ olim Herm., qui nunc Seidlerii conjecturam probavit, παμπορθῇ. Equidem cum K. ἢ libenter accipio propter emphasin in repetito πολύθρηνον exprimendam. Ut metrum cum strophico accurate congrueret, glyconeum supplevi inserendo ὦν post αἰῶν', cum jam αἰαὶ ὦν ex conjectura H. L. Ahrens. dedisset Franz. Hermannus vero: φίλον πολιτᾶν μέλειον αἶμ' ἀνατλάσα, quem mirum est putavisse ignotum Scholiastæ istud ἀμφί. Nam tacet grammaticus etiam de πολιτᾶν. Equidem verto: quæ miseram certe aetatem per totum obsidionis tempus perpessa est propter cædem suorum civium.

ἔθρεψεν δὲ λέοντα

στρ. β'.

σαίνειν δόμοις ἀγάλακτον

† τῷ ἀνὴρ φιλόμαστον,

ἐν βιότου προτελείοις

ἄμερον, εὐφιλόπαιδα,

700

καὶ γεραροῖς ἐπίχαρτον.

πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις

νεοτρόφου τέκνον δίκαν,

703

φαιδρωπὸς ποτὶ χεῖρα, σαίνων τε γαστρὸς ἀνάγκαις.

χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν

ἀντ. β'.

ἦθος τρῶπρ<sup>ος</sup> τεκοίων· χά-

ριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων

696. *λίοντος* *ἴνιν* et v. 706 *ἦθος* J. Conington, admodum ingeniose.—*ἀγάλακτον*, non lacte nutritum, sed cibo manibus porrecto. Confer v. 704. Alii *Hesychium* sequi malunt; *ἀγάλακτος* ἡ ὁμόθηλος. Vide Bl. Gloss.

698. ὦδ' Herm. pro οὕτως, et in v. 706 *ἦθος* τὸ πρὸς *τοκίων*, nescio an recte. Sed magis *Æschyleum* esset *τῶς*, neque obstat longa syllaba in fine v. præcedentis, collatis vv. 698. 708.

701. *γεραροῖς ἐπίχαρτον propter oblata munera jucundum ac blandum* interpretatur Donaldson, *New Cratylus*, § 279. *γεραρόν* enim idem valere quod *γέρας* demonstravit, collato Suppl. 652, ubi vide annot. Sed videtur hic *εὐφιλόπαις*, h. e. *παισὶν εὐφιλῆς*, quodammodo respondere ad *γεραροῖς ἐπίχατος*, Angl. *the delight of the old men* (nam *δις* *παιδεις* οἱ *γέροντες*). Nec quicquam obstare videtur, si *ἐπιχαίρειν* *τινὶ* de triumphante et insultante hoste vulgo dicitur, quin *ἐπίχατος* sit is, de quo sentitur gaudium vel exultatio, vel in bonam vel in malam partem.—Ceterum confer Aristot. Hist. An. ix. 44, de leone: *ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑπόπτῃς οὐδενὸς οὐδ' ὑφορώμενος οὐδὲν, πρὸς τε τὰ σύντροφα καὶ συνήθη σφόδρα φιλοπαιγμων καὶ στερεκτικός*, etc. Plutarchus de cohibenda Ira, § xiv. ἀλλ' ἡμεῖς ἀγρι-αίνοντα τιθασσεύομεν ζῶα καὶ πρᾶνονομεν,

*λυκιδεῖς καὶ σκύμνους λέοντων ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέροντες*. Diversa de leonis indole narrant qui hodie cognitum habent istius *bestiæ ingenium*.

702. *ἔσχε*, h. e. *ἦν*. *ἔσκ'* Casaub. ut Pers. 658. *ἦστ'* Dindorfius. *ἔσχε δίκαν* interpretatur K. *habebat id quod justum est infanti*. Sed *ἔχει* pro *εἶναι versari* parum offendit. Confer Theb. 99. Od. ii. 346. *ἐν δὲ γυνὴ ταμὴν νύκτας τε καὶ ἡμαρ* "Ἐσχ', ἢ πάντ' ἐφύλασσε: quanquam hoc quidem loco *ἔσκε* fortasse voluit poeta. Bonum est quod fecit Auratus, corrigendo in v. 704. *φαιδρωπὸν ποτὶ χεῖρα σαίνοντα*, et ad *ἔσχε* nominativum *ἀνὴρ* addiscendo, ita ut *ἔθρεψεν* et *ἔσχε* pariter dicta accipiantur.

706. *πρὸς τοκίων* Flor. *πρὸς τοκίων* Farn. *πρὸς γε τοκίων* Bothius et Franz. collato Cho. 411. *πρὸς γε τῶν τεκομένων*. τὸ *πρόσθε* *τοκίων* Well. Dind., sc. *pristinam parentum-indolem*. Difficillimum est hunc locum restituere. Mihi non admodum placet divisum inter duos versus *χάριν*, præsertim cum plenius interpungatur post *τοκίων*. Sed ad similem necessitatem confugit Hermannus cum *ἀγάλακτον* medium divisit.

708. *χάριν γὰρ τροφᾶς* Flor. Transposuit Pearsonus. *τροφεῦσιν* Farn. ex conjectura, ut videtur.

- μηλοφόνοισιν † ἄσαισιν  
 δαίτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν 710  
 αἵματι δ' οἶκος ἐφύρθη,  
 ἄμαχον ἄλγος οἰκέταις,  
 μέγα σίνος πολυκτόνον·  
 ἐκ θεοῦ δ' ἱερεὺς τις ἄτας δόμοις προσεθρέφθη. 715  
 πᾶράντ' αὖ δ' ἔλθειν εἰς Ἴλιον πόλιν στρ. γ'.  
 λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας,  
 ἀκασκαῖόν † † ἄγαλμα πλούτου,  
 μαλθακὸν ὁμμάτων βέλος,  
 δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος· 720  
 παρακλίνας' ἐπέκραναν δὲ γάμου πικρὰς τελευτάς,  
 δύσεδρος καὶ δυσόμιλος συμένα Πριαμίδαισιν

709. ἄταισιν libri contra metrum. σὸν ἄταις edidit Franz. ἄταισιν conjecit Herm. et sic Dind., sc. *invidiosa caede pecoris*. Vide ad v. 130. ἀγαῖσιν K. ex Lexico Bekkeri, Anecd. p. 336. ἀγαί· οἱ τραγικοὶ τὰς τρώεις οὕτως ἐκάλουν καὶ τὰ τραύματα. Vide Pers. 427. Il. v. 161. ὥς δὲ λίων ἐν βοσσί θορών ἐξ αὐχένα ἄξρ. Dubitandum tamen videtur de mensura prioris syllabæ in ἀγή. Vide Donaldson ad Pind. Pyth. ii. 81. Equidem recepi quod Conington et Malden apud Linwood (in Lexico v. ἀγη) conjecerunt, ἄσαισιν. Novam vocem ἀγη ab ἄζεσθαι finxit sibi Hermannus, quod significet *consecrationem, sacrificium*.

710. ἀκέλευστος. Qui enim epulas parandas curat, ὀψωνεῖ, jussu domini id facit. Confer ἀκλητος δαιταλεὺς Prom. 1045. ἄμισθος ξυνέμπορος Cho. 720. αἰωδὰ ἀκέλευστος ἄμισθος inf. 951.

715. ἱερεὺς ἄτας, *sacerdos calamitatis*, idcirco dicitur leo, quia mactando pecori operam dat, et quodammodo sacerdotis officium implet.—ἐκ θεοῦ, sc. deus aliquis auctor fuit ut inscius homo ac nihil tale suspicatus leonis catulum in domo enutritet.—προσεθρέφθη pro προσετράφη Heathius.

716. πᾶραντα. Sic Herm. ex Flor. Vulgo παρ' αὐτά. Statim vertunt Blomf. Scholef. Herm. ex Hesych. πᾶραντα παρα-

χρῆμα, εὐθὺς, παραντίκα. Confer etiam Eur. Frag. incert. 47. πᾶραντα δ' ἠσθεῖς ὕστερον στίνει διπλᾶ. *Juxta eum modum, similiter*, sententiæ aptius videretur: sed vereor ne desit justa auctoritas. Scilicet respondet quodammodo παρακλίνας v. 721: *primum* quidem deliciæ et amor omnium, *post* conversa et in pejus mutata Priami filiis et populo universo pestis infestissima.

718. δ' post ἀκασκαῖον inseruit Porsonus; soloece, inquit Hermannus, qui τ' primus edidit. Dubium est annon istud μὲν post φρόνημα ad δὲ in v. 721 pertineat. De Helenæ opibus, quas secum abduxisse fertur Paris, vide Hom. Il. iii. 70. vii. 363. 390. xiii. 626. xxii. 114.

καὶ οἱ ὑπόσχωμαι Ἑλένην, καὶ κτήμαθ' αὖ αὐτῇ  
 πάντα μάλ', ὅσα τ' Ἀλέξανδρος κοίλῃς  
 ἐπὶ νηυσὶν  
 ἡγάγετο Τροίηνδε.

Orest. 1662. Herod. ii. 114. Plutarch. Conjug. Præcept. § xxi. φιλόπλουτος ἡ Ἑλένη.

721. παρακλίνας (ita Flor.) in aliam viam declinans, non jam eadem visa quæ primo habebatur. Imago a stadio sumpta est. Il. xxiii. 424. ὀλίγον δὲ παρακλίνας ἐδίωκεν. Confer ἀποκλίνας Ed. Tyr. 1192. Vulgo autem παρακλίνουσ'.

πομπῇ Διὸς ξενίου 725  
 νυμφόκλαυτος Ἑρινύς.  
 παλαίφατος δ' ἐν βροτοῖς γέρων λόγος ἀντ. γ'.  
 τέτυκται, μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον  
 τεκνοῦσθαι, μηδ' ἄπαιδα θνήσκειν·  
 ἐκ δ' ἀγαθᾶς τύχας γένει 730  
 βλαστάνειν ἀκόρεστον οἰζύν.  
 δίχα δ' ἄλλων μονόφρων εἰμί· τὸ δυσσεβὲς γὰρ ἔργον  
 μέτα μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννα. 735  
 οἴκων γὰρ εὐθυδίκων  
 καλλίπαις πότμος αἰεί.  
 φιλεῖ δὲ τίκτειν Ὑβρις μὲν παλαιὰ νεά- στρ. δ'.  
 ζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν  
 Ὑβριν τότ' ἢ τόθ', ὅτε τὸ κύριον μόλῃ· 740  
 † νεά δ' ἔφυσεν Κόρον,

726. νυμφόκλαυτος, “*deffenda sponsis, quarum cantus vertit in planctum.*” K. Sic οὐ κλαυσά δ' ἴστιν, non lacrymandum est, CEd. Col. 1360. Virg. *Æn.* ii. 573. *Trojae et patriae communis Erinnyes.* Cic. de Div. i. 50. *Lacedaemonia mulier, Furiarum una.*

729. τεκνοῦσθαι, *parere.* Aristot. Hist. An. vii. 5. ἀρχὴ δὲ ταῖς γυναιξὶ τοῦ τεκνοῦσθαι, καὶ τοῖς ἄρρεσι τοῦ τεκνοῦν. Theb. 654. μὴ καὶ τεκνωθῇ δυσφορώτερος γόος, *ne luctus pariat graviores luctum.*—μέγαν τελεσθέντα, ut ὄλβος ἄγαν παχυνθεῖς Theb. 768. τέλειος autem est *grandis, aetate adultus.* Cf. inf. v. 1481.

732. Libri τὸ γὰρ δυσσεβὲς ἔργον. Transposuit Pauwius. Confer v. 708. Metrum autem Ionicum est. Mox μέτα pro vulg. μετὰ Herm. Sententia haec est: Ego vero aliter sentio. Mihi videtur non tam magna felicitas quam scelus et impietas progignere prolem ipsi similem: nam domus probæ et honestæ, utcumque dives sit, ea est conditio, ut semper bonam habeat progeniem. Quæ sit proles impietatis, discimus ex Eum. 506, nempe ὕβρις, et ὕβρις παλαιὰ rursus τίκτει aliam ὕβριν.

740. ὅτε emendavit K. pro vulg. ὅταν.

Hæc particula sæpius apud Homerum legitur cum subunctivo, ut aliquando apud tragicos ἔπει, εἰ, ὅς, et similia. Verte, *hoc vel illo tempore, quando justum tempus advenerit.* Sic κύριος ἡμέρα Suppl. 712. Ceterum νεάζουσιν Ὑβριν non est pro νῆαν (quod vel adjectum ἐν κακοῖς ostendit), quanquam in se id continet. Valet enim insolenter se efferentem in calamitatibus hominum. ὕβριζεν ἐν κακοῖς inf. 1590.

741. Libri contra metrum νεαρά φάονος κόρον. Sententia similiter enuntiata Herod. viii. 77, qui κόρον ὕβριος νῖον memorat, dubitare nos prohibet quin vera scriptura sit vel νῆα δὲ φύει, vel (quod ad vulgatum propius etiam accedit) ἔφυσεν Κόρον, ut Κόρος et Θράσος sint gemina proles Insolentiae, atque iidem δύο Ἄρα, *similes parentibus.* Hæc fere Donaldson, *New Cratylus*, p. 518 (ed. 2), qui comparat Antig. 529. τρέφων δὲ Ἄρα κάπαναστάσεις θρόνων. Potuit etiam CEd. Col. 532. παῖδε, δύο δ' Ἄρα. Vulgo autem μελαινας—ἄρας et εἰδομένας. Cf. Pers. 817. Mirum videtur quod dedit Hermannus: τότ' ἢ τότ', ἔστ' ἂν ἐπὶ τὸ κύριον μόλῃ νῆα ῥαφῇ. Quod ne ipse quidem explicare conatur.

δαίμονά τ' ἄμαχον, ἀπόλεμον,  
 ἀνίερν Θράσος, †μελαίνα μελάθροισιν Ἄτα, 745  
 εἰδομένα τοκεῦσιν. —  
 Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν δυσκάπνοις δώμασιν, ἀντ. δ'.  
 τὸν δ' ἐναΐσιμον τίει [βίον.]  
 τὰ χρουσόπαστα δ' †ἔδεθλα σὺν πίνῃ χερῶν 750  
 παλιντρόποις ὄμμασιν  
 λιποῦσ' ὅσια †προσέμολε,  
 δύναμιν οὐ σέβουσα πλούτου παράσημον αἶνψ.  
 πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμῆ. 755

ἄγε δὴ, βασιλεῦ, Τροίας πτολίπορθ',  
 Ἄτρείως γένεθλον,  
 πῶς σε προσείπω; πῶς σε σιβίζω  
 μήθ' ὑπεράρας μήθ' ὑποκάμψας  
 καιρὸν χάριτος; 760  
 πολλοὶ δὲ βροτῶν τὸ δοκεῖν εἶναι  
 προτίουσι δίκην παραβάντες.  
 τῷ δυσπραγοῦντι δ' ἐπιστενάχειν  
 πᾶς τις ἔτοιμος· δῆγμα δὲ λύπησ  
 οὐδὲν ἐφ' ἥπαρ προσικνεῖται· 765

742. Libri τὸν ἄμαχον. Articulus ipse excrevit.

750. Libri ἐσθλα, quod per se ineptum metro quoque adversatur. ἔδεθλα Herm. ex Aurati conjectura. ἔδρανα dedit Franz. —σὺν πίνῃ χερῶν, si impuræ et maculosæ sint domini manus. Confer χεῖρες οὐχ ὅσαι Cho. 370. καθαρὰς χεῖρας Eum. 303.

752. Libri προσέβα τοῦ. Optime Hermannus προσέμολε, cuius aoristi προσέβα glossa fuisse videtur. Idem olim προσέβαλε, et sic Dind. Franz. Sed ne sic quidem omnino congruit metrum. Fortasse ἔλιπεν, ὅσιά τε προσέμολε. Istud τοῦ ad πλούτου superscriptum fuisse suspicatur Herm.

753. οὐ σέβουσα, non probans, inf. 1590. Cf. Herm. ad Androm. 940.—παράσημον αἶνψ, cuius laus et popularitas spuria est,

ut male cusa pecunia, sc. non recte et honeste tributa. Schol. ad Hippol. 1115 (ed. Monk.). παράσημος, ἀντὶ τοῦ ἀδόκιμος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδηλῶν νομισμάτων. Plutarch. de Adul. et Amico, § xxiv. ὁ δὲ ψευδὴς καὶ νόθος καὶ ὑπόχαλκος, ὥσπερ νόμισμα παράσημον.

755. πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμῆ, omnia ad finem dirigit, sc. scelus ad malum exitum, virtutem ad felicem. πᾶν τέρμα construit Herm. et ἐπι scripsit, hac sententia: omnem attribuit exitum, i. e. bonum et malum, ut quisque sit meritis. Et sic quidem ἐπινωμῆ Eum. 310.

760. καιρὸν. Vide ad v. 356.

761. τὸ δοκεῖν εἶναι προτίοντες τοῦ εἶναι.

765. Confer Juvenal. Sat. iii. 101. *flet, si lacrymas conspexit amici, Nec dolet.*

καὶ ξυγχαίρουσιν ὁμοιοπρεπεῖς  
ἀγέλαστα πρόσωπα βιαζόμενοι.  
ὅστις δ' ἀγαθὸς προβατογνῶμων,  
οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτὸς  
τὰ δοκοῦντ' εὐφρονος ἐκ διανοίας

770

ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότηι.  
σὺ δέ μοι τότε μὲν, στέλλων στρατιὰν  
Ἑλένης ἕνεκ', οὐκ ἐπικεύσω,  
κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος,  
οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,

775

θράσος †~~καὶ~~ <sup>θυσιῶν</sup>  
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων.  
νῦν δ' οὐκ ἀπ' ἄκρας φρενὸς οὐδ' ἀφίλως  
εὐφρων πόνος εὖ τελέσασιν.

Pind. Nem. i. 82. εὐθὺς ἀπήμων κραδία  
κάδος ἀμφ' ἀλλότριον. Infra 1527. Sic  
ἀναγκόδακρυς Frag. 407.

766. ὁμοιοπρεπεῖς, *aspectus similitudine  
assumpta*. Stobæus vero hunc locum lau-  
dans νυκτὶ δὲ χαίρουσιν dedit: de qua  
scriptura adeat lector Blomf. et Herm. pro-  
lixius disputantes.

768. προβατογνῶμων, ut θυμὸς ἵππο-  
γνῶμων frag. 224. Proxima sic intellige:  
οὐκ ἔστι τοῦτον λαθεῖν ὄμματα, h. e. τοῦ-  
τον οὐ λανθάνει.

771. Non perspexerunt interpretes, ὑδαρεῖ  
dici cum respectu ad proverbialem locutio-  
nem φιλίαν κίρνασθαι, unde νεοκρᾶς φίλος  
Cho. 336. Proprie enim de vino usurpa-  
tur cui largior aqua infusa est. Plutarch.  
Symposiac. Lib. v. Quæst. iv. § 2. εἰδὼς  
οὐχ ὑδαρεῖ χαίροντας ἀλλ' ἀκρατοτέρῃ.  
Ex Arist. Polit. ii. 8. φιλίαν ὑδαρῇ laudavit  
Blomf. Ceterum sententiæ obscuritas quam  
indicavit Hermannus, sed non recte illus-  
travit, sic expedienda videtur: τὰ σαίνοντα  
ὑδαρεῖ (h. e. *parum sincera*) φιλότῃ, ἐξ  
εὐφρονος διανοίας ὥς δοκεῖ.

773. γὰρ ante ἐπικεύσω omisit Herm.  
ut ad supplendum parcemiaticum, quod sæ-  
pissime fit, inepte intrusum. Sic mox τις  
πόνος Farn. v. 779. Plerique cum Musgr.

οὐ γάρ σ' ἐπικεύσω.—ἀπομούσως γεγραμ-  
μένος, *inscite pictus*, non bene mihi repræ-  
sentatus. Quidam homines, inquit, non  
loquuntur sincere, sed simulant tantum  
amicitiam; ego vero, utpote honestius erga  
te animatus, libere dico sententiam meam;  
uti olim te culpabam cum Trojam proficis-  
cereris, sic nunc, rebus feliciter gestis, parta  
victoria ex animo gavisus sum.

776. Libri ἐκούσιον. ἀκούσιον Canter.  
θάρσος ἐκούσιον Herm. cum Boissonad.,  
sc. “*vehens* (ad Trojam) *spontaneam auda-  
ciam mori volentibus viris*.” Quod acerbè  
dictum putat de mortifera expeditione.  
Felicissima mihi quidem ac tantum non  
certa videtur Franzii conjectura, ἐκ θυσιῶν,  
quæ non nisi O in Θ mutat. Igitur sic  
intellige: *portans tecum* (vanam) *confiden-  
tiam ex sacrificiis, evasuros* sc. *esse viros*  
*qui in eo erant ut morerentur*, h. e. docens  
exercitum favere deos expeditioni.

778. ἀπ' ἄκρας φρενὸς, ex *superficie  
mentis*, ut οὐ γάρ ἄκρας καρδίας ἐψανάσι  
μου Hec. 242. Contra Bacch. 203. οὐδ'  
εἰ δι' ἄκρων τὸ σοφὸν εὐρηται φρενῶν, ex  
*intima mente haustum*; quod fortasse de  
alta sede philosophiæ intelligendum.

779. εὐφρων πόνος (ἐστὶ), “*acceptus  
per eos qui perfecerunt*,” Herm. Nunc,

γνώσει δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος  
τόν τε δικάϊως καὶ τὸν ἀκαίρως  
πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.

780

## ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχαίρους  
δίκη προσειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους  
νόστου, δικαίων θ' ὦν ἐπραξάμην πόλιν  
Πριάμου· δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης θεοὶ  
κλύοντες ἀνδροθνήτας Ἰλίου φθορὰς  
εἰς αἵματηρὸν τεύχος οὐ διχορρόπως  
ψήφους ἔθεντο· τῷ δ' ἐναντίῳ κύτει  
ἐλπὶς προσήει † χεῖλος οὐ πληρουμένῳ.

785

790

inquit, gratus et probandus mihi videtur, quoniam felicitate evenit.

784. μεταιτίους pro αἰτίους positum recte monuit Herm., collato Trach. 1234.

785. δικαίων, i. e. δίκης. Vide Eum. 392. πρόσω δικαίων. Contulit hunc locum Herm. ad Iph. Taur. 559. ὥς εὖ κακὸν δίκαιον ἐξεπράξατο, i. e. κακὴν δίκην.

786. οὐκ ἀπὸ γλώσσης non ex ore causidicorum vulgo interpretantur. Sed Hermannus, “non obiter ac negligenter. Opponitur enim ἀπὸ γλώσσης fere ei quod de scripto recitatur.” Scilicet sermoni minus animum attendere solemus, quam ei quod in libris est.—ψήφους ἔθεντο φθορὰς pro ἐψηφίσαντο, nisi ἀνδροθνήτος φθορὰς legendum cum Dobræo, Adv. ii. p. 24.

790. Libri χειρός. χρεῖος, indiga, Hermannus. Sed verissime, opinor, Casaubonus χεῖλος. Græce non dicitur χειρὸς πληροῦσθαι pro ὑπὸ χειρὸς, quicquid sibi persuadeant interpretes; nec ἐλπὶς χειρὸς, expectatio manus, sc. auxilii, habet quo se commendet. Contra autem nihil aptius huic loco quam χεῖλος, ut mox allatis exemplis probabo. Perspexerunt quidam viri docti Pandoræ fabulam in animo habuisse poetam, in cuius arca spes sola mansisse dicitur. Tu, lector, audi Hesiodum eam rem narrantem, Opp. 96.

μούνῃ δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοις δόμοισι

ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χεῖλεσιν.

Quid vero est illud χεῖλος? Videtur fuisse circulus sive annulus (Theocr. i. 29. Acharn. 459) interdum pretiosioris metalli (Od. iv. 616. xv. 116), qui interiorem (ἐντοσθεν Theocr. l. l.) oram calicis circumductus mensuram altitudinis infuso liquori præbebat. Confer Æsch. Frag. 170. ἀργυρηλάτοις κέρασι χρυσᾷ στόμια προσβεβλημένοις. Soph. Frag. 133. αὐτοχείλεσι ληκύθοις, h. e. oram non ex alia materia affixam habentibus. Xen. Anab. iv. v. 26. ἦσαν δὲ καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ ὄσπρια καὶ οἶνος κριθινὸς ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς, i. e. ora tenuis, Angl. up to the rim. Jam si calix vel crater ora tenuis impletus erat, dicebatur ἐπιχειλῆς: si ad summum, μεστός vel πληρωθείς. Quod apertissime patet ex Arist. Equit. 814.

ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν, εὐρὼν ἐπιχειλῇ.

Hoc igitur loco spes προσήμῃ χεῖλος, ad oram vasis accedebat, i. e. ad summum appropinquabat, quanquam id non fuit μεστόν, plenum, οὐ πληρούμενον. Ælian. Var. Hist. xiii. iii. οὐ πεπληροῦτο ἡ πύελος, ἐνίδει δὲ ἀπὸ τοῦ χεῖλους παλαιστήν



καπνῶ δ' ἀλούσα νῦν ἔτ' εὖσημος πόλις.  
 ἄτης θύελλαι ζῶσι· συνθνήσκουσα δὲ  
 σποδὸς προπέμπει πίνοντας πλούτου πνοάς.  
 τούτων θεοῖσι χρὴ πολύμνηστον χάριν  
 τίνειν· ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκότους  
 †ἔφραξάμεσθα, καὶ γυναικὸς †εἵνεκα  
 πόλιν διημάθουνεν Ἀργεῖον δάκος,  
 ἵππου νεοσσὸς, ἀσπιδηστρόφος λεῶς,  
 πῆδημ' ὀρούσας ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν·  
 ὑπερθορῶν δὲ πύργον ὠμηστῆς λείων  
 ἄδην ἔλειξεν αἵματος τυραννικοῦ.

795

800

ἴσως. Unde apparet, id quod et in nostro loco et in Hesiodo etiam observandum est, χεῖλος non modo de calice, sed de arca vel quovis vase recte dici posse. Nam κύτος hic de urna proprie ponitur, in quam demittebantur calculi, sed adjecta ἐναντίον et διχορρόπως ita compositam esse metaphoram ostendunt, ut de alterna lance simul cogitaverit poeta. Confer Suppl. 599. 959.

792. "Vivit adhuc calamitatis vis, quam resedit et extincta est flamma; et cinis συνθνήσκων, undique simul collapsus et elanguescens, pingues emittit flatus ex consumptis divitiis. Præclare hoc dicitur; ac fortasse cum respectu ad θνητάγον ἐνώδη φλόγα sup. v. 580, et ad λαμπάδας φαρμασομένηας κρίματι v. 94. Nota autem antithesin in ζῶσι et συνθνήσκουσα, de qua vide ad Cho. 264." Hæc scripseram cum nondum mihi innotuisset Hermannii emendatio ἄτης θνηλαί (Soph. El. 1421), quæ quidem mirum in modum congruere videtur, ut veram esse vix dubitem. Conferre potuit ἱερὺς ἄρας v. 713. Sed quod ille in συνθνήσκουσα hæret, id non simul cum alia quavis re, sed simul et ubique eodem actu significat.

795. χάρπαγας Tyrrhwittus pro καὶ πάγας, idque receperunt Conington, Dind. Franz. De ὑπερκότους vide ad Theb. 386. ἔφραξάμεσθα mea est conjectura, in ed. priore proposita, ac nunc demum in textum

recepta, cum idem Hermannus etiam legendum viderit. Sane ἔφραξάμεσθα durissimum est, sive nobismet ipsis fecimus seu ultii sumus interpretemur. Contra autem v. 1347. φράσσειν ἀρκύστατα, et de his ipsis retibus sup. 350. γάγγαμον ἄτης, et στεγανὸν δίκτυον, et plane simili imagine μὴ ὑπερτελέσαι usurpatur. Ceterum hæc ipsa aoristi forma legitur Theb. 795. καὶ πύλας φερεγγύους ἔφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις. Quamnam in animo similitudinem hæc scribens habuerit poeta, ex sequentibus πῆδημ' ὀρούσας et ὑπερθορῶν πύργον satis manifestum est.—εἵνεκα scripsi pro vulg. οὔνεκα. Vide ad Suppl. 184. Prom. 353.

798. ἵππου νεοσσός, sc. quia ex durateo sive abiegno equo erupit miles armatus. Od. viii. 515. Eur. Troad. 11. Virg. Æn. ii. 238.—ἀσπιδηστρόφος Flor. Vict., quod servarunt K. Peile et Franz. ἀσπιδηφόρος conjecit Blomf., probantibus Dind. Herm. Sed proprie dicitur στρέφειν ἀσπίδα, ut Ajac. 575, vel νωμῶν Il. vii. 238, ut malim ἀσπιδοστρόφος cum Farn.

800. λείων. Variatur similitudo, et respicitur Homeri locus, Il. v. 161. ὥς δὲ λείων ἐν βουσι θορῶν ἐξ αὐχένα ἄξῃ, cet. πύργος hic est Trojæ murus quem transiit Argivus exercitus; πάγαι autem de vallo quod iidem struxerint obsidentes intelligendæ sunt.

θεοῖς μὲν ἐξέτεινα φροῖμιον τόδε·  
 τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα, μέμνημαι κλύων,  
 καὶ φημὶ ταῦτ' αἰ ξυνήγορόν μ' ἔχεις.  
 παύροις γὰρ ἀνδρῶν ἐστὶ συγγενὲς τόδε, 805  
 φίλον τὸν εὐτυχοῦντ' ἄνευ φθόνων σέβειν.  
 δύσφρων γὰρ ἰὸς καρδίαν προσήμενος  
 ἄχθος διπλοῖζει τῷ πεπαμένῳ νόσον·  
 τοῖς τ' αὐτὸς αὐτοῦ πῆμασιν βαρύνεται,  
 καὶ τὸν θυραῖον ὄλβον εἰσορῶν στένει. 810  
 εἰδὼς λέγοιμ' ἄν, εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι  
 ὁμιλίας κάτοπτρον, εἰδῶλον σκιᾶς  
 δοκοῦντας εἶναι κάρτα πρεμνεῖς ἔμοι. /  
 μόνος δ' Ὀδυσσεὺς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει,  
 ζευχθεὶς ἔτοιμος ἦν ἔμοι σειραφόρος· 815  
 εἴτ' οὖν θανόντος εἴτε καὶ ζώντος πέρι  
 λέγω. τὰ δ' ἄλλα πρὸς πόλιν τε καὶ θεοὺς,

802. φροῖμιον. Confer πρῶτον μὲν v. 783.  
 —τὰ δ' ἐς τὸ σὸν φρόνημα, quod autem  
 attinet ad tuam in me voluntatem, qua  
 modo me excepisti v. 761—70; sc. ut ad  
 eam respondeam aliquid, memini me olim  
 etiam similia audivisse. Dixerat fortasse  
 chorus Agamemnoni στέλλοντι στρατιάν  
 v. 772, se ex sincero animi affectu dehortari  
 eum ne expeditionem facere vellet. Sim-  
 plicius Hermannus: “memini, neque obli-  
 viscor, quæ audiui.” At quomodo potuit  
 tam cito oblivisci?

806. φθόνων Flor., et sic Herm., qui  
 ἀνευ φθόνων laudat ex Plat. Leg. vii.  
 p. 801. E. Vulgo φθόνου.—σέβειν τὸν  
 εὐτυχοῦντα (ὡς) φίλον construunt K. et  
 Conington; recte fortasse, sed nulla neces-  
 sitate. Temerarius esset qui ὁ κακὸς ἀνὴρ  
 et ἀνὴρ ὁ κακὸς ubique distinguenda doce-  
 ret, vel, exempli gratia, ἡμέραν τὴν κυρίαν  
 idem atque τὴν κυρίαν ἡμέραν Alcest. 158  
 valere negaret. Sic etiam κεδνὰ τὰ ἀληθῆ  
 pro τὰ ἀληθῆ κεδνὰ sup. 605. Hermannus  
 lectores ad Ajac. 998 amandavit.

807. καρδίᾳ Hermannus, qui rem satis  
 aptam fusius explicandam censuit, accu-

sativum in talibus valere *accessionem ad  
 aliquid, dativum loci occupationem* (meis  
 verbis utor). Quid vero? Invidia accedit  
 ad cor hominis et ibi assidet. Confer Soph.  
 Frag. 580. προστῆναι μίσσην τράπεζαν,  
 ubi dativum non admittit metrum. Vide  
 etiam ad Suppl. 185. De sententia conferri  
 debet Tacit. Hist. i. 8. *Quædam civitates  
 etiam finibus ademptis pari dolore com-  
 moda aliena ac suas injurias metiebantur.*

811. ἐξεπίσταμαι κάτοπτρον, bene in-  
 telligo, bene versatus sum in speculo fami-  
 liaritatis, in cujus superficie apparent quasi  
 εἰδῶλα animorum. Scio igitur, inquit, si-  
 mulacra esse amicitiae qui mihi se benevolos  
 profiteri soliti sunt. Quanquam nescio an  
 præstet sic cum Hermannō vexatum locum  
 interpretari: εὖ ἐξεπίσταμαι (τοὺς) δο-  
 κοῦντας εἶναι πρεμνεῖς ἔμοι, (ὄντας) ὁμι-  
 λίας κάτοπτρον (καὶ) εἰδῶλον σκιᾶς, h. e.  
 umbram tantum, non veros amicos. Recte  
 vero annotavit vir doctissimus εἰδῶλον et  
 σκιάν sæpe ut synonyma fere simul usur-  
 pari, ut Soph. Ajac. 125. Phil. 946. Frag.  
 Tyr. xv. Adde Plutarch. de Fraterno  
 Amore, § iii. σκιαὶ καὶ εἰδῶλα φίλας.

κοινοὺς ἀγῶνας θέντες, ἐν πανηγύρει  
 βουλευσόμεσθα. καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον  
 ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ, βουλευτέον· 820  
 ὅτῳ δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων,  
 ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως  
 πειρασόμεσθα †πῆμ' ἀποστρέψαι νόσου.  
 νῦν δ' ἐς μέλαθρα καὶ δόμους ἐφεστίους  
 ἐλθὼν θεοῖσι πρῶτα δεξιώσομαι, 825  
 οἵπερ πρόσω πέμψαντες ἤγαγον πάλιν.  
 νίκη δ' ἐπείπερ ἔσπετ', ἐμπέδως μένοι.

ΚΛ. Ἄνδρες πολῖται, πρέσβος Ἀργείων τόδε,  
 οὐκ αἰσχυνοῦμαι τοὺς φιλόνορας τρόπους  
 λέξαι πρὸς ὑμᾶς· ἐν χρόνῳ δ' ἀποφθίνει 830  
 τὸ τάρβος ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλων πάρα  
 μαθοῦς, ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον  
 τοσόνδ', ὅσον περ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίου.  
 τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσενος δίχα  
 ἦσθαι δόμοις ἔρμῳ, ἔκπαγλον κακόν, 835  
 πολλὰς κλύουσιν †κληδόνας παλιγκότους·  
 καὶ τὸν μὲν ἤκειν, τὸν δ' ἐπείσφerein κακοῦ  
 κάκιον ἄλλο πῆμα, λάσκοντας δόμοις.  
 καὶ τραυμάτων μὲν εἰ τῶν ἐτύγχανεν  
 ἀνὴρ ὅδ', ὥς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο 840

818. κοινούς ἀγῶνας θέντες, sc. facultate unicuique proposita sententiam declarandi. Nam ἀγών et ἀγορά de populari concione, βουλή de procerum consilio capiendum, inf. 857.

821. ὅτῳ δεῖ, qua in re, K.

823. Vulgatum πῆματος τρέψαι νόσον contra Porsonum nuper tueri conatus Hermannus, diversa esse malum morbi et morbum mali verissime disseruit. Et hic quidem, inquit, "de malis loquitur poeta, quibus quasi ægrotat respublica; itaque recte hic dicit morbum mali." Quæstio fortasse in eo potius versatur, τρέψαι νόσον an ἀποστρέψαι rectius dicatur. Ac debet certe exemplis probare insolitam locu-

tionem *vertere morbum* pro *avertere, arcere*. Primariam autem notionem hic esse *morbum*, non *malum*, patet ex imagine *φαρμάκων παιωνίων* etc.

825. δεξιώσομαι, *gratulabor, salutabor*. Sequitur dativus personæ ex notionem *persolvendi, gratias agendi*, aptus; quod ex v. sequente facile colligitur.

828. πρέσβος Ἀργείων τόδε, senes Argivi qui hic adestis. Inf. 1364. ὥς ὧδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε.

835. ἦσθαι ἔρμῳ. Vide ad v. 502. Μοx κληδόνας pro ἡδονὰς Auratus. Cf. v. 847.

837. ἤκειν. Intellige φέροντα κακόν.

840. ἀνὴρ pro ἀνὴρ Hermannus.

Ibid. εἰ ἐτύγχανεν, *τίρωται*, structura

φάτις, τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν.  
 εἰ δ' ἦν τεθνηκώς, ὡς † ἐπλήθουν λόγοι,  
 τρισώματος τὰν Γηρυὼν ὁ δεύτερος  
 (πολλὴν ἄνωθεν, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγει)  
 χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν ἐξήνχει λαβὼν, 845  
 ἅπαξ ἐκάστω καθανὼν μορφώματι.  
 τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων  
 πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης  
 ἔλυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης.  
 ἐκ τῶνδ' εἰ τοι παῖς ἐνθάδ' οὐ παραστατεῖ, 850  
 ἐμῶν τε καὶ σῶν κύριος πιστευμάτων,

nec Græcis nec Romanis ignota. Thucyd. iii. 65. εἰ ἡμεῖς πρὸς τὴν πόλιν ἐλθόντες ἐμαχόμεθα, ἀδικοῦμεν. Tacit. Hist. iv. 6. *Si caderet Marcellus, agmen reorum sternebatur.* Locum sic Anglice reddas: *If he kept receiving as many wounds as was currently reported at home, he must be pierced, one may say, with more holes than a net.* — πλέω, sc. τραύματα. πλείον Dind. τέτρωται Franz. ex conject. Ahrens.

842. ἐπλήθουν pro ἐπλήθουνον ex Porsoni monitu receperunt recentiores. Vide ad Suppl. 598. πληθύνειν activum est, unde πληθύνομαι inf. 1341. Ceterum servatur imago quæ in ὡχτεύετο inchoata est, sc. lacunæ derivatis aquis ad summam impletæ.

843. τρισώματος. Sculptam hujus monstri effigiem describit Pausanias v. 19. τρεῖς δὲ ἄνδρες Γηρυόνες εἰσὶν ἀλλήλοις προσεχόμενοι.

844. ἄνωθεν dicit, quia χλαῖνα non nisi ad *superinjecta* vestimenta, sc. pallia, spectat. Nam si omnem terram quæ mortuo circumdatur cogitasset, vel de ea quæ *infra* corpus jacet, ut Theb. 941, non apta uteretur imagine, γῆν ἐπίσασθαι. Quare addit, τὴν κάτω γὰρ οὐ λέγω. Soph. Trach. 540. μιᾷς ὑπο χλαῖνης ὑπαγκάλισμα. Theocr. xviii. 19. ὑπὸ τὰν μίαν ᾤχετο χλαῖναν. Il. xxiv. 646. χλαῖνας—καθ' ἑπέρην ἔσασθαι. Od. xx. 143. χλαῖναν δ' ἐπίεσσαμεν ἡμεῖς. Eur. Frag. Peliad. vi. ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν

ἐύγενοῦς πύσης. Hæc autem terræ vestis dicitur τρίμοιρος, terno corpori ter injecta, ἅπαξ ἐκάστω. Aliter hunc locum explanavit Hermannus: “qui ἄνωθεν sepultus dicitur, non est sepultus, sed videtur esse (?) aut perhibetur: qui vero τὴν κάτω accepit χλαῖναν χθονὸς, is vere sepultus est ideoque mortuis jure accensetur. Ex quibus patet sensum verborum hunc esse: *si ille toties quoties ferebatur periisse mortuus esset, tanquam alter Geryones sæpe triplicem vivus (absit enim ut mortuum dicam) vestem terræ induisset.* Id sic poeta elocutus est, *multam triplicem superne, absit enim ut infernam dicam, vestem terrenam induisset.*” At si revera mortuus esset quoties ferebatur periisse, revera etiam, i. e. mortuus, non vivus, vestem terræ induisset.

845. Legendum fortasse λαβεῖν pro λαβὼν ad Suppl. 174 monitum est.

848. ἄνωθεν, h. e. quia supra caput ligatur laqueus. Dubitari possit utrum πρὸς βίαν λελημμένης significet *collum violenter a laqueo constrictum*, an intelligi debeat *nodum alii solverunt, quum mihi invitæ, sc. suspendium volenti (ἀπαγομένην μεταξὺ Andoc. de Myst. p. 16. § 125), manus injecissent.* Priorem interpretationem amplectitur K., posteriorem Conington.

850. ἐκ τῶνδε, *his de causis*, inf. 1194. 1581. Eur. Ion. 843.

851. πιστωμάτων Herm. probabiliter,

ὥς χρῆν, Ὀρέστης· μηδὲ θαυμάσῃς τόδε·  
 τρέφει γὰρ αὐτὸν εὐμενὴς δορυξένος  
 Στρόφιος ὁ Φωκεὺς, ἀμφίλεκτα πῆματα  
 ἔμοι προφωνῶν, τὸν θ' ὑπ' Ἰλίου σέθεν 855  
 κίνδυνον, εἴ τε δημόθρους ἀναρχία  
 βουλὴν καταρρίψειεν, ὥστε σύγγονον  
 βροτοῖσι τὸν πεσόντα λακτίσαι πλέον.  
 τοιάδε μὲν τοι σκῆψις οὐ δόλον φέρει.  
 ἔμοιγε μὲν δὴ κλαυμάτων ἐπίσσυτοι 860  
 πηγαὶ κατεσβήκασιν, οὐδ' ἐνι σταγῶν.  
 ἐν ὀφικοῖτοισι δ' ὄμμασιν βλάβας ἔχω,  
 τὰς ἀμφί σοι κλαίουσα λαμπτηρουχίας  
 ἀτμηλῆτους αἶεν. ἐν δ' ὀνείρασιν  
 λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγειρόμην 865  
 ῥιπαῖσι θωύσσοντος, ἀμφί σοι πάθη  
 ὀρώσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου.

ut Eum. 213. Sed potuit poeta formam minus usitatam præferre. κύριος, qui in se quasi representat nostri conjugii foedera.

853. δορυξένος. Plutarchus, Quæst. Græc. xvii. τίς ὁ δορυξένος;—ὁ λαβῶν αἰχμάλωτον (sc. Κορινθίων καὶ Μεγαρέων πρὸς ἀλλήλους πολεμούντων,) ἀπήγεν οἰκαδε, καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης ἀπέπεμπεν οἰκαδε. Ὁ μὲν οὖν τὰ λύτρα κομίσας ἐπηνεῖτο, καὶ φίλος αἰεὶ διετίλει τοῦ λαβόντος, ἐκ δορυαλώτου δορυξένος προσαγορευόμενος.

854. ἀμφίλεκτα πῆματα simpliciter valere puto *mala utrimque prædicata*; hinc, ne apud Trojam periret Agamemno; inde, ne tumultus plebis fremitu excitatus (δημόθρους) summum reipublicæ concilium subverteret. Ingeniose Abresch. καταρράψειεν, ut Eum. 26. Qui vulgatum vertunt *consilium projectum inirent*, probare debent eodem sensu usurpari καταρρίψαι quo ἀναρρίψαι de aleis dictum, ut Thucyd. iv. 85. v. 103. Quod quidam non intelligunt quomodo qui senatum profigat regem λακτίζει πλέον, ii meminerint βουλὴν

heroicæ ætatis procerum concionem fuisse, qui semper e regis partibus contra popularem licentiam stare debebant. Confer βουλὴν παῖσαι Equit. 166. *proculcato senatu* Tacit. Hist. i. 40.

858. Imago a luctando petita. Confer Ajac. 988, et vide ad Suppl. 85. Sensus: solent homines, cum malum acciderit principi, ulterius progredi, et seditionem moliri evertendæ civitatis causa. *σύγγονον*, ut συγγενὲς v. 805, *innatum*.

859. οὐ δόλον φέρει. Egregia arte additum, quia revera nihil ista excusatione mendacius.

863. *Lugens propter neglecta* (i. e. non accensa, quia causa accendendi non esset) *signa capite Trojæ, quæ propter te constituta erant*.

865. κώνωπος, *musquito*. Recte Herm. ὑπαὶ ῥιπαῖς, non ὑπαὶ κώνωπος, jungenda monuit. Est autem epica structura. Confer v. 1134.

867. Quam tempus quod inter dormiendum præterit, h. e. quam accidere potuerunt tam brevi tempore dum dormiebam.

νῦν, ταῦτα πάντα τλᾶσ', ἀπενθήτῳ φρενὶ  
 λέγοιμ' ἂν ἄνδρα τόνδε τῶν σταθμῶν κύνα,  
 σωτήρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης 870  
 στῦλον ποδῆρη, μονογενὲς τέκνον πατρὶ,  
 καὶ γῆν φανείσαν ναυτίλοις παρ' ἐλπίδα,  
 κάλλιστον ἡμᾶρ εἰσιδεῖν ἐκ χείματος,  
 ὁδοιπόρῳ διψῶντι πηγαῖον ῥέος.  
 τερπνὸν δὲ τὰναγκαῖον ἐκφυγεῖν ἅπαν. 875  
 τοιοῖσδε τοί νιν αἰζῶ προσφθέγμασιν.  
 φθόνος δ' ἀπέστω· πολλά γάρ τὰ πρὶν κακὰ  
 ἦνιχόμεσθα· νῦν δέ μοι, φίλον κᾶρα,  
 ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε, μὴ χαμαὶ τιθεῖς  
 τὸν σὺν πόδ', ὧ ἴλαξ, Ἰλίου πορθήτορα. 880  
 δμωαί, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος  
 πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασιν;  
 εὐθὺς γενέσθω πορφυρόστροφτος πόρος,  
 εἰς δῶμ' ἄελπτον ὡς ἂν ἡγῆται Δίκη.  
 τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη 885

868. *Nunc, quum hæc omnia perpessa sum*, sc. *his curis præteritis, læto animo dixerim hunc virum* etc. Hæc olim a me prolata, quanquam habuerunt qui contra dicerent, suffragio suo confirmavit Herm. Itaque nihil muto. Vulgo autem τλᾶσ' ἀπενθήτῳ φρενὶ conjungunt. ἀπένθητος legitur etiam Eum. 872.

869. *βουστάθμων* Herm., bene, modo compertum esset sic scripsisse Æschylum. Offendit sine dubio articulus.

871. *στῦλον* libri. *στῦλον* Herm. Is *ποδῆρης* dicitur, qui a summo ad imum pertingit, ut recte Bl., qui contulit Iph. Taur. 57. *στῦλοι γὰρ οἶκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες*. Hinc *fulcire domum* dicuntur filii, Propert. v. 11. 69.

872—4. Inverso ordine hos versus disposuit Hermannus, qui *γαληνὸν* etiam pro *κάλλιστον* dedit. Nimis audacter. Nec idonea causa est cur in isto *καὶ* ante *γῆν* magnopere offendamur, nisi artissimis scribendi regulis coerendum putemus poetæ

ingenium. Nimis argute de hoc loco egit K., qui novam quasi rerum recensionem, sc. quæ lætæ sunt potius quam quæ plane necessarie, a particula *καὶ* incipere arbitrat. — *ἀκτῆν* dedit Franz. *γαῖαν* Bl. Dind.

879. *μὴ τιθεῖς*. Confer *μηκέτι ἰάπτων* supr. v. 493.

882. *στορνύναι* Franz. Dind. ex Elmsleii arbitrio.

884. *δῶμ' ἄελπτον*, sc. nec opinatum Agamemnoni, qui de intrando *ἀνδροσφαγεῖφ* (v. 1060) parum cogitaverat. In hoc autem apte dicitur Justitia eum nunc deducere. Et hæc et quæ sequuntur ambiguo sensu dicta sunt.

885. *τὰ δ' ἄλλα κ.τ.λ.* In animo habet cædem mox perpetrandam, quam *fato debitam* (ita se excusat mulier) *deorum voluntate* se commissuram significat. *εἰμαρμένα, fato constituta*. *τὴν εἰμαρμένην* ita definit Cicero de Div. i. § 125. *ordinem seriemque causarum, quum causæ causæ nexa rem ex se signat*.

θήσει δικαίως ξὺν θεοῖς εἰμαρμένα.

- ΑΓ. Λήδας γένεθλον, δωμάτων ἐμῶν φύλαξ,  
 ἀπουσία μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ·  
 μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας· ἀλλ' ἐναισίμως  
 αἰνεῖν, παρ' ἄλλων χρη' τόδ' ἔρχεσθαι γέρας. 890  
 καὶ τᾶλλα, μὴ γυναικὸς ἐν τρόποις ἐμὲ  
 ἄβρυνε, μηδὲ βαρβάρου φωτὸς δίκην  
 χαμαιπετὲς βόαμα προσχάνης ἐμοί·  
 μηδ' εἴμασι στρώσας' ἐπίφθονον πόρον  
 τίθει. θεοὺς τοι τοῖσδε τιμαλφεῖν χρεών· 895  
 ἐν ποικίλοις δὲ θνητὸν ὄντα κάλλεσιν  
 βαίνειν, ἐμοί μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου.  
 λέγω κατ' ἄνδρα, μὴ θεὸν, σέβειν ἐμέ.  
 χωρὶς ποδοψήστρων τε καὶ τῶν ποικίλων  
 κληδὼν αὐτεῖ· καὶ τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν 900  
 θεοῦ μέγιστον δῶρον. ὀλβίσαι δὲ χρη'  
 βίον τελευτήσαντ' ἐν εὐστοί φιλῇ.  
 εἰ πάντα δ' ὥς πράσσοιμι ἂν, εὐθαρσὴς ἐγώ.  
 ΚΛ. καὶ μὴν τόδ' εἰπέ μὴ παρὰ γνώμην ἐμοί.  
 ΑΓ. γνώμην μὲν ἴσθι μὴ διαφθεροῦντ' ἐμέ. 905

889. ἐναισίμως αἰνεῖν, sc. ut *justa sit laus*, ab alio quam a conjuge venire debet. Sic recte Conington.

891. καὶ τᾶλλα. Respondet Romano-rum ceterum, h. e. καὶ ἕτερον τόδε. Vide ad Suppl. 240.

892. βαρβάρου φωτὸς, h. e. hominis Persici. Orest. 1507. προσκυνῶ σ', ἀναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπιτνῶν. Confer Pers. 154. 590. Dem. Mid. p. 549. Scilicet hic mos erat τῶν ἐν τοῖς Ἑλλησιν αἰσχύνην φερόντων, Ælian. Var. Hist. i. xxi.

902. τελευτήσαντα, non nisi postquam finiverit.

903. πράσσοιμεν Dind. Franz. Herm. fortasse recte, nam pluralis numerus propter sequens ἐγὼ librariis displicere potuit. Verum ubi ἂν non pertinet ad εἰ (ita enim semper efficitur ἦν), sed ad ipsum verbum,

interdum, quanquam infrequentius, cum optativo construitur, ex eadem ratione qua ὅστις, ὅπως, etc. Confer Theb. 515. Dem. Mid. p. 582. fin. εἰ οὗτοι χρήματα ἔχοντες μὴ πρόοιεντ' ἂν. Isocrat. Archidamo, p. 120. fin. εἰ δὲ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος, προσήκει καὶ περὶ ἐκείνης τὴν αὐτὴν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν. Plenius, opinor, hoc loco dixisset, εἰ δὲ γένοιτο τοῦτο, τὸ πράσσειν ἂν πάντα ὁμοίως, εὐθαρσὴς ἐγὼ εἰμι, sc. de futuro non metuo. Vide autem Monk. ad Alcest. 48.

905. Opinionem quidem scias me non esse in pejus mutaturum. Hoc est, ego quoque sententiam habeo de hac re, quam nolim pro tuo arbitrio mutare. Nam emphasis in fine versus habet ἐμέ.—διαφθεῖρειν hoc sensu legitur Eur. Hel. 920. Med. 1055. Hippol. 391.

ΚΛ. ἤζω θεοῖς δέισας ἂν ὧδ' ἔρδειν τάδε.

ΑΓ. εἴπερ τις, εἰδώς γ' εὖ τόδ' ἐξεῖπον τέλος.

ΚΛ. τί δ' ἂν δοκεῖ σοι Πρίαμος, εἴ τὰδ' ἤνυσεν;

ΑΓ. ἐν ποικίλοις ἂν κάρτα μοι βῆναι δοκεῖ.

ΚΛ. μή νυν τὸν ἀνθρώπειον αἰδεσθῆς ψόγον. 910

ΑΓ. φήμη γε μέντοι δημόθρους μέγα σθένει.

ΚΛ. ὁ δ' ἀφθόνητός γ' οὐκ ἐπίζηλος πέλει.

ΑΓ. οὗτοι γυναικός ἐστιν ἰμείρειν μάχης.

ΚΛ. τοῖς δ' ὀλβίοις γε καὶ τὸ νικᾶσθαι πρέπει.

ΑΓ. ἦ καὶ σὺ νίκην τήνδε δῆριος τίεις; 915

ΚΛ. πιθοῦ κράτος μέντοι πάρες γ' ἐκὼν ἐμοί.

ΑΓ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι ταῦθ', ὑπαί τις ἀρβύλας

λῦοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός.

καὶ τοῖσδε μ' ἔμβαίνονθ' ἀλουργέσιν θεῶν

906. Vulgo interrogative: ἤζω δέισας ἄν ὧδε ἔρδειν ἂν; Sed jungendum videtur ἤζω ἂν, quanquam paullo remotior est particula. Dicebant Græci εὐχομαι ποιῆσαι, ποιήσεις, vel ποιεῖν, sed nusquam, quod sciam, ποιεῖν ἂν. Vide ad 1234. Hoc quidem, inquit, te facturum promississes quum aliquando metueres, et invidiam deorum deprecaberis, pollicendo te modeste acturum, si salvus evasisses. De hoc usu particulae ἂν vide inf. ad v. 1223.—δείσαν Herm., interrogandi nota in fine versus posita. Quod ego quidem non intelligo.

907. Utcunque egissem in tali tempore, hoc decretum meum non temere nec tantquam ignarus tibi declaravi. Repetit aliis verbis v. 905.

910. Si ita fecisset Priamus, divinæ invidiæ securus, ne tu vereare hominum vituperationem.

912. At vero is, cui non invidetur, non est felix prædicatus, ζηλωτός, ut monuit K.

914. καὶ τὸ νικᾶσθαι. Non semper vincere, verum aliquando etiam vinci.

915. Num tibi etiam talis victoria accepta est? nempe τὸ νικᾶσθαι ἀντὶ τοῦ νικᾶν. Vide ad Theb. 713. Sed nescio an vere Herm. et Franz. ἦ οὐ καὶ σὺ κ.τ.λ.

916. Argutanti de voce νίκη respondet

altera, enixe rogans et blanditiis rem impertratura, πιθοῦ κ.τ.λ. Cui ille demum, importunis precibus uxoris cedere coactus, ægre assentitur; Angl. *well, if you will have it so*, &c.—νίκην παρίναι τινὶ Troad. 651. τήν νίκην παρείς τούτῳ Herod. vi. 103. Quod ad numeros, pessimus est hic versus. Nec tamen inepte intrusum est γε, quæ particula precando sæpe inservit, ut monitum est ad Theb. 71.

918. πρόδουλον ἔμβασιν. Quæ pedibus meis quasi servile officium præstant, ut iis incedant.

919. καὶ τοῖσδε cum Hermannō ex Flor. recepi. σὺν ταῖσδε Farn. Vulgo σὺν τοῖσδε. Ingeniose Dobræus, Adv. ii. p. 24, corrigit ξυστοῖς, erat enim ξυστίς vestis e tenui ac bene detonso panno, Theocr. ii. 74. Nub. 70. Antiphanes ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 573, collato Il. xiv. 179. ξυστίδων ἀλουργῶν conjungit etiam Plutarchus de Glor. Athen. § vi. Equidem olim ξὺν τοῖσδε explicavi de cothurnis (imo soleis) quos exutis crassioribus calceis (ἀρβύλαις) assumpsisset, ne purpureos tapetes calcando contereret. Majorem sine dubio auctoritatem habet καὶ τοῖσδε, nec neutrum ἀλουργῇ hoc loco offendit, sc. στρώματα.



μή τις πρόσωθεν ὄμματος βάλοι φθόνος. 920

πολλή γάρ αἰδώς † στρωματοφορεῖν, ποσὶν

φθειρόντα πλοῦτον ἀργυρωνήτους θ' ὑφάς.

τοῦτων μὲν οὕτω· τὴν ξένην δὲ πρεμυνῶς

τὴνδ' ἐσκόμιζε. τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς

θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται. 925

ἐκὼν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ.

αὕτη δὲ, πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον

ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο.

ἐπεὶ δ' ἀκούειν σου κατέστραμμαι τάδε,

εἰμ' ἐς δόμων μέλαθρα πορφύρας πατῶν. 930

ΚΛ. ἔστιν θάλασσα—τίς δὲ νιν κατασβέσειν;—

τρέφουσα πολλῆς πορφύρας ἰσάργυρον

κηκίδα παγκαίνιστον, εἰμάτων βαφάς.

† οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ,

ἔχειν· πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος. 935

πολλῶν πατησμών δ' εἰμάτων ἂν ἠϋξάμην,

920. ὄμματος φθόνος. Vide ad v. 451. Minus recte Blomf. *invidia ex visu concepta*, siquidem in oculis sedem ponebant istius affectus, vel potius ex oculis invidiam quasi profuere credebant, uti hodie superstitiosi homines aversantur *the evil eye*. Photius: *ὀφθαλμίαι· φθονῆσαι*. Eur. Frag. Inús 11. *ἐν χερσίν, ἡ σπλάγχνοι-σιν, ἡ παρ' ὄμματα ἔσθ' ἡμίν;* sc. ὁ φθόνος.

921. Libri *σωματοφορεῖν*. Schützii conjecturam *δωματοφορεῖν* probarunt Blomf. Herm. propter v. 934. Aurati *στρωματοφορεῖν* Pors. Butler. *εἰματοφορεῖν* nuper Franz. et Dind. Aliquanto facilius et proclivior est corruptio syllabæ *στρωμ.* in *σωμ.* Vide supr. 298, et ad Suppl. 283. Ceterum in eo constabat facti invidia, quod arroganter opes suas, decorum donum, tanquam viles habiturus erat.

922. *σπείβοντα* Herm. Sed *ἐπεξηγητικόν* est participium prægressi infinitivi *στρωματοφορεῖν*. Cave tamen ne *φθεί-ροντα* *conferendo perdentem* veritas, siqui-

dem exutis calceis incessurus est. Valet enim simpliciter *abulentem ut re nullius pretii*.

932. *πολλῆς πορφύρας*. Ex concha scilicet quæ hodieque frequentissima legitur in mari Mediterraneo, et *Murex Trunculus* a physicis appellatur. Eam purpuram, Tyria vix inferiore, præbebant Laconiae litorea, teste Pausania, iii. cap. 21, et *Laconicas purpuras* memorat Horatius, Od. ii. 18. 6. Libri autem *εἰς ἄργυρον*. Ex Athenæo xii. p. 526. laudatur *ἰσοστάσιος ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον* *ἐξεταζομένη*.

933. "*παγκαίνιστος* est purpura, cujus talis est copia ut ea semper recenti quivis uti possit." Blomf. Gloss. Valet autem τὸ *εἰς πάντα καινίζεσθαι δυνάμενον*.

934. Vulgatum *οἶκος* tuetur Herm., "*est domus quæ horum affatim habeat*." Quod non malum est. Nihilominus *οἶκος* probabilis videtur; et sic Pors. Dind. Blomf. *ὑπάρχει suppeditat* vertit K., neque aliter Theocr. xxii. penult. *καὶ ὡς ἐμὸς οἶκος ὑπάρχει*.

δόμοισι προὔνεχθέντος ἐν χρηστηρίοις  
 ψυχῆς κόμιστρα τῆσδε †μηχανωμένη.  
 ρίζης γὰρ οὔσης φυλλὰς ἵκει' ἐς δόμους,  
 σκιὰν ὑπερτείνασα Σειρίου κυνός. 940  
 καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἐστίαν,  
 θάλλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις †μολόν·  
 ὅταν δὲ τεύχρ Ζεὺς γ' ἀπ' ὄμφακος πικρᾶς  
 οἶνον, τότε ἤδη ψῦχος ἐν δόμοις πέλει,  
 ἀνδρὸς τελείου δῶμ' ἐπιστρωφωμένου. 945  
 Ζεῦ, Ζεῦ τέλειε, τὰς ἐμὰς εὐχὰς τέλει·  
 μέλοι δέ τοι σοὶ τῶνπερ ἂν μέλλῃς τελεῖν.

ΧΟ. τίπτε μοι τόδ' ἐμπέδως

στρ. α΄.

δεῖγμα προστατήριον

καρδίας τερασκόπου ποτᾶται,

950

937. προὔνεχθέντος, sc. τοῦ πατησμοῦ, *si jussum* (nisi mavis absolute, *si jussum*) *esset ab oraculo*. προφέρειν τι vel τινὰ Herod. v. 63. Cf. προφέρειν "Ἀρτεμιν v. 195.

938. Libri μηχανωμένης, quod potest quidem defendi, intellecto ἐμοῦ, ut inf. 1249. Quanquam adeo pronum fuit librariis genitivum ponere per assimilandi errorem (vid. ad v. 632), ut simpliciorum structuram præferendam censuerim. Pendet hic dativus, ut et δόμοισι, α προὔνεχθέντος. μηχανωμένην etiam Franz. Herm. μηχανωμένη Blomf. Dind. Conington.

939. ἵκετο, *venire solet*, sc. domum porrectis ramis attingere. Apparet autem ex v. 941 sententiam generalem esse. Prorsus similis ratio comparandi est Cho. 239—244. Quum non excisa sit radix, pullulare solent frondes, et ita tectis increescere ut a domo defendant ardorem. Aoristi participium ὑπερτείνασα per attractionem quandam ad ἵκετο accommodatur; quasi esset καὶ ὑπερεῖπενε.

942. σημαίνεις μολόν. *Significas venisse*. Sic hodie cum plerisque (non Franz.) vulgatum μολών corrigendum putavi. Com-

parat Conington σημαίνει μολόν supr. 284.

943. ὅταν, sc. media æstate; unæ enim maturescunt circa auctumnum. Ζεὺς γ' pro Ζεὺς τ' dedit Porsonus. Junge autem ὅταν δὲ γε, et cf. inf. 1321. Prom. 387. Acharn. 1105. Facile est cum Herm. aliisque particulam delere, sed non facile ostendere unde irrepserit.

945. ἀνδρὸς τελείου, h. e. οἰκοδεσπότου, ut τελειφόρος γυνή est δίοποινα Cho. 652.

948—50. δεῖγμα, *spectrum*, imago sc. quæ oculis observatur, apte, opinor, hic usurpatur de inani timore quo afficitur chorus. Exempla similis rei lege inf. 1065. 1083. 1188 etc. δεῖμα cum Farn. Herm. alii. Verba ἐμπέδως, προστατήριον, stabilitatem plane indicantia, spectare videntur ad statuam basi impositam; quæ metaphora temperatur ac coercetur contrario verbo ποτᾶται. Optime exprimitur imago per se levis et incerta (sc. mali præsagatio), sed quæ adeo constanter animo adest ut fugari nequeat.—καρδίας non a προστατήριον aptum, sed genitivum loci putat Conington, ut Cho. 389. φρενὸς οἶον ἔμπαρ ποτᾶται.

Κ .

μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος ἄμισθος ἀοιδά,

οὐδ' † ἀποπτύσαν, δίκαν

δυσκρίτων ὀνειράτων,

θάροςος εὐπιθὲς ἴζει

φρενὸς φίλον θρόνον; χρόνος δ' ἐπὶ

955

πρυμνησίων † ξυνεμβολαῖς

ψαμμίας ἀκάτας παρή-

βησεν, εὐθ' ὑπ' Ἴλιον

ῶρτο ναυβάτας στρατός.

πνέθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων

ἀντ. α. 960

νόστον, αὐτόμαρτυς ὦν

τὸν δ' ἄνευ λύρας ὅμως ὕμνωδῇ

θρήνον Ἑρινύος αὐτοδίδακτος ἔσωθεν

θυμὸς, οὐ τὸ πᾶν ἔχων

ἐλπίδος φίλον θράσος.

965

σπλάγχχνα δ' οὔτι ματάζει,

951. De ἄμισθος ἀοιδὰ vide ad v. 710.

952. Et cur non ea fiducia animi sedem occupat, ut vanos hos timores tanquam mera somnia aspernari possit? ἀποπτύσαι Farn. ἀποπτύσας Flor., et sic Herm. ἀποπτύσαν Blomf. Dind. Conington. Mihi probabilior videtur infinitivus. Confer Alcest. 620. πρὸς δ' ἐμᾶ ψυχᾷ θράσος ἦσται, θεοσεβῇ φῶτα κεινὰ πράξιν.

955. ἐπὶ solus Farn. ἐπεὶ Flor. Vict. δι τοι Herm. ξυνεμβολαῖς pro —οις receperunt edd. ex Pers. 398. ξὺν ἐμβολαῖς Herm. Difficilem locum olim recte explicavi, Hermannii iudicio si quid tribuendum: tempus consenuit, præterit, post ligationem funium navis in arena. Diu est, inquit, cum naves in litore alligatæ sunt, quo tempore Trojam profectus est exercitus. Bene Hermannus: "Defloruisse dicit tempus, quia, si quid adversi secundum Calchantis vaticinium accidere oportebat, effluxisse videtur spatium quo id evenire erat consentaneum." Ceterum ἀκάτα Flor., unde ἀκμά conjecit Emperius, et sic Franz. ἀκᾶς Tyrwhitt. Well. Blomf. Insolentior forma est ἡ ἀκάτη pro ἡ ἀκατος. Sed

ἀκάτον legendum suspicatur Hermannus.

960. Et nunc incolumem rediisse exercitum ipse meis oculis sentio: cur igitur adhuc extimescam? Sed nihilominus sponte sua animus mala præsentit, non prorsus solita confidentia usus.

966. Λίβρι ματάζει. Recte Herm. ματάζει, quod pro ματαίζει contractum est. Vide ad v. 124, ubi idem τεράζει. Apud antiquos scriptores σπλάγχχνα semper intelligenda sunt de maioribus interni corporis organis. Nimis negligenter Anglice vertere solemus, ut in absurda illa quotidiani sermonis locutione, ex male intellecta S. Scriptura orta, bowels of compassion. σπλάγχχνα sunt pulmo, jecur, cor; interdum de feminis uterus. Unde sæpius apud Homerum legimus καὶ σπλάγχχνα ἐπάσαντο. Minora intestina, sive lactes, sunt τὰ ἐντερα, ut inf. 1192. ξὺν ἐντέροις σπλάγχχνα. Cf. Ran. 473—6. Recte vidit K. κίαρ ἐπεξηγητικῶς ad σπλάγχχνα arponi. πρὸς φρεσὶν hic proprie intellige, contra διάφραγμα sc. præcordia circumactum, ut Prom. 900. κρᾶδιά δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει. Quoniam vero alteram significationem habet

πρὸς ἐνδίκους φρεσὶν τελεσφόροις  
 δίναις κυκλούμενον κέαρ.  
 εὔχομαι δ' ἀπ' ἐμᾶς † τὸ πᾶν †  
 ἐλπίδος ψύθῃ πεσεῖν  
 ἐς τὸ μὴ τελεσφόρον. 970  
 μάλα γέ τοι † τὸ μεγάλας ὑγείας  
 ἀκόρεστον τέρμα, νόσος γάρ † αἰεὶ †  
 γείτων ὁμότοιχος ἐρίδει,  
 καὶ πότμος εὐθυπορῶν 975  
 ἀνδρὸς ἔπαισεν \* \* \*  
 \* \* \* ἄφαντον ἔρμα.  
 καὶ τὸ μὲν πρὸ χρημάτων

φρῆν, huic potius subjungit poeta adjectiva ἐνδίκους et τελεσφόροις, quasi voluisset *ad mentem, jure et ratione metuentem, et exitum* sc. *eventum metus habiturum*. τελεσφόροις δίναις construit Herm.

969. δ' ἐξ ἐμᾶς Flor. δ' ἀπ' ἐμᾶς τοι Farn. τάδ' ἐξ ἐμᾶς Blomf. Franz. Hermannus: "Certa emendatione me restituisse puto τὸ πᾶν, quod et sententia postulat et latere videtur in τοι, non addito, ut puto, a Triclinio, sed relicto ex τὸ πᾶν in detricto margine." Aptius quidem et probabilius supplementum haud facile quis invenerit. ἀπ' ἐλπίδος *aliter atque futurum spero*, sc. *expecto*. Soph. El. 1127. Trach. 666.

972. Vulgo μάλα γάρ τοι τᾶς πολλᾶς ὑγείας. μάλα γε τοι δὴ τᾶς κ.τ.λ. Farn. Ex versu antistrophico, qui integer esse videtur, restituendus est hic locus, aut semper in corruptis relinquendus. Metrum Pæonicum est, ut Eum. 335—8, quod ut recte decurrat τὸ μεγάλας pro τᾶς πολλᾶς reposui. Non aliam viam nuper ingressus est Hermannus, nisi quod μάλα γέ τοι τὸ πολέος γ' ὑγείας dedit. ὑγεία an ὑγία scribas, eadem est hoc loco pronuntiatio. Sed vide an non ὑγείας potius scribendum sit; nam formam ὑγεία, quæ serioribus tantum in usu fuisse creditur, fortasse ne Æschylus quidem ignoravit. In proximo v. αἰεὶ ad finem supplēvit Blomf., quod

propter ὁμοιοτέλευτον in v. 974 (ΔΕΙ et ΑΕΙ) absorptum fuisse verisimile est. Id recepit etiam Hermannus.

974. νόσος ὁμότοιχος ἐρίδει, calamitas proxime incumbens, non nisi angusto muri intervallo dissepta a felicitate (ὑγείᾳ). De contiguīs ædibus dicitur, quibus intergerinus est paries. Confer Antiphan. ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 601. λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναι μοι δοκεῖ.

975. Sententia: hominis fortuna, cum prospero cursu utitur, subito illiditur in scopulos sub mari latentes. Simile est nauticum vocabulum μεσοπορεῖν, Theophrast. Char. περὶ Δελίας. Idem, Hist. Plant. i. viii. de ligni textura: εὐχιστον μὲν γὰρ ἐλάχιστα (*in partes minutas*) διὰ τὸ εὐθυπορεῖν.

976. Deesse nonnulla post ἔπαισεν monstrant antistrophica, quæ tamen violenta mutatione cum his congruere coegit Hermannus. Satis recte se habet et sententia et structura, πότμος ἀνδρὸς ἔπαισεν ἔρμα. Sed summo ingenio hoc additamentum excogitavit H. L. Ahrens:

ἀνδρὸς ἔπαισεν [ἄφνω

πολλάκι δὴ πρὸς] ἄφαντον ἔρμα.

Scilicet ab ἄφνω ad ἄφαντον, omissis quæ in medio sunt, aberrasse putat librarii oculos.

978. Argumentum sequentis loci ita se habet: Cum partem (τὸ μὲν) aliquis pro-

κτησίῳ ὄκνος βαλὼν  
σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου,  
οὐκ ἔδν πρόπας δόμος,  
πημονᾶς γέμων ἄγαν,  
οὐδ' ἐπόντισε σκάφος.

980

πολλά τοι δόσις

ἐκ Διὸς ἀμφιλαφῆς τε καὶ ἐξ ἀλόκων ἐπετειᾶν

985

νῆστιν ὤλεσεν νόσον.

τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὼν ἅπαξ θανάσιμον

ἀντ. β'.

προπάροιθ' ἀνδρὺς μέλαν αἶμα τίς ἂν

παλὶν ἀγκαλέσαιτ' ἐπαίδων ;

οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ

990

τῶν φθιμένων ἀνάγειν

jicere velit, timore impulsus ne tota res perdat (sc. nimia prosperitate oppressa, ut modo dixerat; de domo enim loquitur sub imagine navis), tunc domus non tota mergitur fluctibus calamitatis, quanquam malis onerata, nec obruitur alveus. Quam sententiam sic cum sequentibus connectit: Domus quidem periculo eximi potest; largior annona famem compensat; sed effusum semel sanguinem nemo ne incantando quidem revocare potest. Similia vide ap. Suppl. 437—45. Cho. 42. Eum. 615. Invenit chorus, cædem non esse perpetranda, utpote ἀνέκιστόν τι.

980. σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου, *modica jactura usus*. Confer Theb. 765. πρό-  
πρῳνα δ' ἐκβολὰν φέρει ἀνδρῶν ἀλφει-  
στᾶν ὄλθος ἄγαν παχυνθείς. Vide etiam  
Juven. xii. 37.

983. οὐδ' ἐπόντισε σκάφος, sc. ὄκνος  
v. 979, *non sinit ut mergatur alveus*. De  
hoc usu vide ad Suppl. 612. Ceterum con-  
jecturam non temere spernendam mecum  
communicavit doctus amicus Cantabrigien-  
sis, sic transponendos esse vv. 981—4. οὐκ  
πόντισε σκάφος, | οὐδ' ἔδν πρόπας δό-  
μος | πημονῆς γέμων ἄγαν. Sed vereor  
ne hoc sit ipsum corrigere Æschylum.

984. πολλά hic est πολλή, ut Theb. 354,  
quod docet metrum antistrophicum. *Larga  
quidem et copiosa annona, ex sulcis in*

*totum annum suppetentibus percepta, fa-  
mem dispellere solet.*

987. Libri πεισόνθ' ἅπαξ. Emendavit  
Pauwius. Ad ἐπαίδων recte contulit Herm.  
Eum. 640. τούτων ἐπιδᾶς οὐκ ἐποίησεν  
πατήρ.

990. De loco corrupto et fortasse inter-  
polato ego quidem omnia perpendens ægre  
invenio quid statuam. Libri Ζεὺς αὐτ'  
(vel αὐτ') ἐπανσ' ἐπ' εὐλαβείᾳ (ἐπ' ἀβλα-  
βείᾳ γε Farn.). Ultima verba ex scholio ad  
977 huc transposito irrepsisse putat Her-  
mannus, qui recisis quæ supervacanea viden-  
tur sic edidit: Ζεὺς δὲ τὸν ὀρθοδαῆ | τῶν  
φθιμένων ἀνάγειν ἐπανσεν. Quæ cum  
integris strophicis respondent. Probabilia  
quidem hæc, sed minus certa videntur. ἐπ'  
εὐλαβείᾳ, *cavendi causa*, non ineptum est,  
si *ut in posterum caverent moniti* interpre-  
temur. Sic igitur intellige: Si fas esset  
mortuos resuscitare, Jupiter non oppressis-  
set Æsculapium, qui callebat id facere. Res  
narratur Apollodor. iii. 10. 3. Alcest. 123—  
9. Pind. Pyth. iii. 98. Ovid. Met. ii. 644.  
*animas tibi reddere ademptas fas erit;  
idque semel diis indignantibus ausus, Posse  
dare hoc iterum flamma prohibebere avita.*  
Confer Propert. ii. 1. 61. Recte autem  
Hermannus: “jungenda sunt τῶν φθιμέ-  
ων ἀνάγειν, ab inferis reducere.”

Ζεὺς † ἂν ἔπαυσεν ἐπ' εὐλαβείᾳ.

εἰ δὲ μὴ τεταγμένα

μοῖρα μοῖραν ἐκ θεῶν

εἶργε μὴ πλέον φέρειν,

995

προφθάσασα καρδία

γλῶσσαν ἂν τὰδ' ἐξέχει.

νῦν δ' ὑπὸ σκότῳ βρέμει

θυμαλγῆς τε καὶ

οὐδὲν ἐπελπομένα ποτὲ καίριον ἐκτολυπεύσειν,

1000

ζωπυρουμένας φρενός.

#### ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εἴσω κομίζου καὶ σύ· Κασσάνδραν λέγω·

ἐπεὶ σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις

κοινωνὸν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μέτα

δούλων σταθείσαν κτησίου βωμοῦ πέλας.

1005

ἐκβαίν' ἀπήνης τῆσδε, μηδ' ὑπερφρόνει.

καὶ παῖδα γάρ τοι φασὶν Ἀλκμήνης ποτὲ

993. Nisi *τεταγμένη* μοῖρα, fatum æternis legibus constitutum, prohibuisset alterum fatum (h. e. nostram sortem) quo minus a diis ferret auxilium, hunc timorem meum cor jam effudisset, *προφθάσασα γλῶσσαν*, citius et volubilius quam lingua edere posset: sed quoniam res ita se habet, ut negaverit fatum hominibus facultatem providendi futura, mens nunc secum fremit in tenebris, vix sperans se quicquam unquam explicituram. Sententia satis obscura ac vere Pythagorea est. Confer Eum. 105. Prom. 523. Dicere vult *τὴν πεπωμένην* etiam diis potentiorē esse, ac ne diis quidem volentibus auxilium sibi suppetere ad exprimendam occulti pavoris causam.—Hermannus ex inutili Schützii conjectura *προφθάσασα καρδίαν γλῶσσαν πάντ' ἂν ἐξέχει*.

1002. Libri *Κασάνδραν*. *Κασσάνδραν* Franz. (qui tamen alibi *Κασάνδρα* scripsit) et Herm. ad Hecub. 86, qui nomen a *κάζομαι* deducit. Eadem radix cernitur in

*Πολυκάστη*, *Ἐπικάστη* sive *Ἰοκάστη* (*violis ornata*), *Μηδεϊκάστη* (*consiliis instructa*, Il. xiii. 173), *Παγκάστη*, Ælian. Var. Hist. xii. § xxxiv. Latinis *casta*. Sed vide an adjectivum *κασσός* olim fuerit, unde Romani suum *cassus* acceperint. Ita *Κασσιόπεια*, *eloquentia carens*, *Κασσιόπη*, *voce cassa*, *Κασσάνδρα* et *Κάσσανδρος*, *viro carens*. *Κάσος* nescio quis memoratur apud Pausan. ii. 12. 6, et hæc sine dubio antiquior forma fuit. Cognatum nomen est *Cassius*.

1003. *ἀμηνίτως*. Fiebat scilicet sacrificium *Διὶ κτησίῳ*, cujus favore ac gratia commissum dicit ut captiva eodem loco quo reliqua familia juxta aram consistat. In verbis *πολλῶν μετὰ δούλων* contumeliose innuit se ut servam in domum recipere Cassandram, non ut comitem et hospitem mariti.

1007. *καὶ παῖδα*, etiam Alcmenæ filium. *σπείρας ἔγλη* similiter construitur Theb. 751. Notabilis est lectio codicis Florentini,

πραθέντα τλῆναι, καὶ ζυγῶν θιγεῖν βία.  
 εἰ δ' οὖν ἀνάγκη τῆσδ' ἐπιρρέποι τύχης,  
 ἀρχαιοπλούτων δεσποτῶν πολλὴ χάρις·  
 οἱ δ' οὐποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς,  
 ὡμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.  
 ἔχεις, παρ' ἡμῶν οἰάπερ νομίζεται.

1010

ΧΟ. σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῇ λόγον.  
 ἐντὸς δ' ἂν οὔσα μορσίμων ἀγρευμάτων,  
 πείθοι ἂν, εἰ πείθοι· ἀπειθοίης δ' ἴσως.

1015

ΚΛ. ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ, χελιδόνος δίκην,  
 ἀγνώτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη,  
 ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ.

τλῆναι δουλείας μάξης βία, ex quo facile efficitur δουλίαν μάξαν βίον. "Sine dubio ista scriptura nihil est nisi veræ lectionis interpretatio, δουλείας μετασχεῖν, vel simili verbo." Herm.

1009. εἰ δ' οὖν. Anglice exprimas, *but if there should befall*. Sic enim sæpius hæ particula vendendæ sunt, quæ plerumque construuntur cum optativo. Vide sup. v. 659. Cho. 562. Androm. 163. Pac. 736. Equit. 423. CEd. R. 851. Demosth. p. 1140. 6. Vesp. 92. Soph. El. 576. Rhés. 572.

1010. Confer παλαιόπλουτον Thuc. viii. 28. νεόπλουτος Vesp. 1309. Lysias, p. 156. 51. φαίνόμεθα δὴ καὶ τῶν ἀρχαιοπλούτων πολλοὶ ἰψευσεῖς, καὶ τῶν νεωστί παρὰ τὸ εἰκὸς ἐν δόξῃ γεγεννημένων. Si necessitas (inquit) serviendi inciderit, longe melius est in domum antiquarum divitiarum devenire. Eandem sententiam ex Aristot. Rhet. ii. 32, contulit Stanleius.

1013. οἰάπερ νομίζεται, "tenes, quod expectari a nobis potest," Hermannus, qui post ἔχεις leviter interpungit. Recte, opinor, παρ' ἡμῶν ad νομίζεται pertinere perspexit; nam ἔχεις παρ' ἡμῶν potius dixisset, si voluisset in hac domo, sc. apud nos, tibi contingenti. Audisti, inquit, quonam in loco ac numero te exceptura sit hæc domus, sc. ut servam, non ut domino lecti consortem: vides me nihil tibi concessuram, nisi ut æquo jure ac non nimia severitate

inter famulos habearis.

1015. ἐντὸς δ' ἂν οὔσα. Negat Hermannus hæc verba nisi in sententia condicionali stare posse; itaque ipse contrarium ἐκτὸς δ' ἂν οὔσα scripsit. Quid vero est hoc: *si extra retia esses, obsequeris?* Certe non desunt exempla, ubi ἂν initio sententiæ positum mox ad ipsum quo pertinet verbum repetitur, ut supra v. 336.

1016. ἀπειθοίης. Vulgo supplent ἂν e proxima clausula, fortasse recte, ut colligere licet ex CEd. Tyr. 937. ἥδοιο μὲν, πῶς δ' οὐκ ἂν, ἀσχαλλοὺς δ' ἴσως, ubi seorsum infertur particula ad utrumque verbum pertinens. Cf. etiam Equit. 1057. Attici autem cum non videantur dubitavisse etiam sine ἂν usurpare optativum, ut v. 535, rationi consentaneum est vel facilius id fieri sicubi proxime præcessit ea particula. Rem breviter tangit Jelf, Gr. Gr. § 432. 2. Sententia est: fortasse noles obsequi, ut quæ servam te esse non noris.

1019. ἔσω φρενῶν cum πείθω duriuscule conjungit Hermannus: "*dicendo ei persuadeo intus in animo.*" Nec rectius, me iudice, λέγουσα λόγῳ construit. In ἔσω φρενῶν id tantum offendit, quod ἔσω motum in locum proprie significat. Sed inf. v. 1314. καιρίαν πληγὴν ἔσω aperte contra istam regulam facit; apte etiam contulit Herm. Soph. Phil. 1325. γράφου φρενῶν ἔσω, et Med. 316. ἀλλ' ἔσω φρενῶν ὁρρω-

- XO. ἔπου· τὰ λῶατα τῶν παρεστώτων λέγει. 1020  
 πείθου, λιποῦσα τόνδ' ἀμαξήρη θρόνον.  
 ΚΛ. οὐ τοι †θυραία τῇδ' ἔμοι σχολή πάρα  
 τρίβειν· τὰ μὲν γὰρ ἐστίας μεσομφάλου  
 ἔστηκεν ἥδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πυρός,  
 ὡς οὐ ποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἔξιν χάριν. 1025  
 σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει·  
 εἰ δ' ἄξυνήμων οὔσα μὴ δέχει λόγον,  
 σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῃ χερί.  
 XO. ἐρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ  
 δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου. 1030  
 ΚΛ. ἡ μαίνεται γε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,  
 ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον  
 ἥκει, χαλινὸν δ' οὐκ ἐπίσταται φέρειν  
 πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.  
 οὐ μὲν πλώ ρίψας ἀτιμωθήσομαι. 1035  
 XO. ἐγὼ δ', ἐποικτείρω γὰρ, οὐ θυμώσομαι.

δία μοι. Ac fortasse ne huc quidem confugiendum; qui enim *ἔσω φρενῶν λέγει*, ita loquitur ut mentem *penetret* oratio. Verum enimvero legendum nunc suspicor *ἡ σωφρονεῖν λέγουσα, certe præcipiens ei modestiam* (sc. v. 1006) *persuadere debeo*. Confer *ἡ μαίνεται* mox v. 1031. *εὖ σωφρονεῖν* ante me conjectaverat Conington.

1022. Libri *θυραίαν τήνδ' ἔμοι. τῇδ'* Herm. Dind. Vulgatum tuentur Scholef. Peile, Klausen. Franz. et Conington. Equidem in hoc hæreo: ut recte dicatur *οὐ σχολή ἔμοι θυραίαν τρίβειν παρὰ τῇδε*, non ideo dici posse videtur *οὐ σχολή θυραίαν ἔμοι τρίβειν*, *præcedente accusativo*. Nam quis tulerit *οὐ σχολή* (ὥστε ἐμὲ) *θυραίαν ἔμοι τρίβειν*? Itaque *θυραία* hodie dedi. Ceterum non malum est quod Hauptius post Bernhardy intelligendum monuit, *τρίβειν θυραίαν (τριβήν)*, ut inf. 1618. *ζεύξω βαρείας*. Vide ad Cho. 85.

1023. τὰ μὲν γὰρ Hermannō non articulus, sed pronomen est, *illa*. Homericum usum, ut opinor, hic imitatus est poeta; nec diversa sunt ea loca quæ collegit Lin-

wood ad Œd. Col. 1221. Itaque *ἐστίας* genitivus est post *πυρός*. Nam nimis durum est *τὰ ἐστίας μῆλα*, ut si Latine dixeris *aræ pecudes*, sc. aræ destinatas, quam ut hodie construere velim. Minus recte mihi videtur Jelf, Gr. Gr. § 522. 1, de loco accipere: vide sup. ad v. 948. Nam is usus, qui per se rarissimus est, non nisi ad choricā pertinere solet. Ingeniose Conington, puncto post *μεσομφάλου* posito, sic vertendum putat: *quod enim attinet ad aram domesticam, jam paratæ sunt victimæ*.

1028. Laudat Blomf. Herod. iv. 113. *φωνῆσαι μὲν οὐκ εἶχε, τῇ δὲ χειρὶ ἔφραζε*. Gestu simul indicat Clytæmnestra, signum manu dandum esse.

1032. Attendant tirones ad *μὲν* et *δέ*: quæ captiva quidem est, nec tamen jugum ferre didicit priusquam experiendo assuescat. *ἐξαφρίζεσθαι* ductum est a domandis equuleis, quorum ora lupatis lacerantur. Antig. 960. *οὕτω τὰς μανίας δεινὸν ἀποστάζει ἀνθρώπον τε μένος*. Elegans allusio ad instantem puellæ cædem, quam primo ejus aspectu conceperat Clytæmnestra.



ἴθ', ὦ τάλαινα, τύνδ' ἐρημώσας ὄχον,  
εἴκουσ' ἀνάγκῃ τῇδε καίνισον ζυγόν.

## ΚΑΣΑΝΔΡΑ.

ὅτοτοτοῖ, πόποι, δᾶ. στρ. α.  
ὦ ἄπολλον, ὦ ἄπολλον. 1040

XO. τί ταῦτ' ἀνωτότυζας ἀμφὶ Λοξίου;  
οὐ γὰρ τοιοῦτος ὥστε θρηνητοῦ τυχεῖν.

ΚΑ. ὅτοτοτοῖ, πόποι, δᾶ. ἀντ. α.  
ὦ ἄπολλον, ὦ ἄπολλον.

XO. ἦδ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ, 1045  
οὐδὲν προσήκοντ' ἐν γόοις παραστατεῖν.

ΚΑ. Ἀπόλλων, Ἀπόλλων στρ. β'.  
ἀγνιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός·  
ἀπώλεσας γὰρ οὐ μόλις τὸ δεύτερον.

XO. χρήσειν ἔοικεν ἀμφὶ τῶν αὐτῆς κακῶν. 1050  
μένει τὸ θεῖον δουλία παρὸν φρενί.

ΚΑ. Ἀπόλλων, Ἀπόλλων ἀντ. β'.  
ἀγνιᾶτ', ἀπόλλων ἐμός.

ἂ ποῖ ποτ' ἤγαγές με; πρὸς ποῖαν στέγην;

XO. πρὸς τὴν Ἀτρειδῶν· εἰ σὺ μὴ τόδ' ἐννοεῖς, 1055  
ἐγὼ λέγω σοι· καὶ τὰδ' οὐκ ἐρεῖς ψύθη.

1038. καίνισον ζυγόν, novum jugum patere tibi imponi: *handsel the yoke*. Cf. Cho. 483. Troad. 889.

1046. Deus lætitiæ et hilaritatis, Φοῖβος, nihil habet commune cum lamentationibus. Vide Eur. Ion. 639. 245, et cf. Vesp. 392. Müller. Dor. i. p. 324. De etymologia vocis Ἀπόλλων vide ibid. pp. 317. 323. Ἀγνιεύς p. 321.

1047. Libri Ἀπολλον bis, ut et inf. 1052. Nominativum recte videtur restituisse Hermannus. Sed non ausus sum, quod ille fecit, etiam v. 1044 mutare, cum propter præfixum ὦ, et quod non ibi sequitur ἀπόλλων ἐμός.

1051. παρ' ἐν vel παρὲν libri. παρὸν Farn., et sic Herm., qui in eo participio

nunc quoque latere recte monet. Alii δουλία περ ἐν φρενί.

1054. Invocat deum hoc cognomento cum videt aram ejus ante fores stantem; quæ vocabatur ἀγνιεύς, teste Harpocrat. aliisque grammaticis, quos vide ad Soph. frag. 340. ed. Dind., et in Bl. Gloss. In ἤγαγες respicit nomen Ἀγνιεύς, quasi ab ἄγω formatum. Vide ad Suppl. 208. Similis lusus in nomine Apollinis legitur in Eur. Phaethont. frag. 2. 11. Hodie creditur fuisse ἀπέλλων, *defensor*; cf. Ἐλλην, et ἀπέλλητος Æsch. frag. 426. Hinc, ut conjicere licet, derivatum est Latinum *pello*. Ad eandem originem referendum etiam pictoris nomen Ἀπελλῆς.

ΚΑ. ᾶ ᾶ,

στρ. γ'.

μισύθειον μὲν οὖν· πολλὰ συνίαστορα  
αὐτοφόνα κακὰ καὶ ἀρτάνας

† ἀνδροσφαγείον καὶ πέδου ραντήριον—

1060

ΧΟ. ἔοικεν εὖρις ἢ ξένη, κυνὸς δίκην,

εἶναι· ματεύει δ' ὦν ἀνευρήσει φόνον.

ΚΑ. ᾶ ᾶ,

ἀντ. γ'.

μαρτυρίοισι γὰρ τοῖσδ' ἐπιπείθομαι,—

κλαιόμενα τάδε βρέφη σφαγὰς

1065

ὀπτάς τε σάρκας πρὸς πατρὸς βεβρωμένας.

ΧΟ. ἦ μὴν κλέος σου μαντικὸν πεπυσμένον

ἦμεν· προφήτας δ' οὔτινας μαστεύομεν.

ΚΑ. ἰὼ, πόποι, τί ποτε μῆδετα;

στρ. δ'.

1059. κακὰ καρτάναι libri. κακὰ κάκ', ἀρτάνας Dind., qui confert μέγα μέγ' v. 1070. αὐτόφονα τε κακὰ κάρτάνας Herm. Nescio an verum sit καὶ ἀρτάναι solute, ut Eum. 992. Cho. 365. Pers. 39. 52.—συνίαστορα, *conscia sunt*, sc. hanc domum esse μισόθειον.

1060. ἀνδροσφαγείον Dobræus pro ἀνδρὸς σφάγων. Confer Bekk. Anecd. i. p. 28. ἀνδροκτονέιον· ὁ τόπος ἐνθα οἱ ἀνθρωποι ἀποθνήσκουσι.—ἀνδρὸς σφαγείον Hermannus cum plerisque, sed ut adjectivum sit, et ad *στειγὴν* referatur. Proprie autem σφαγείον est vas ad excipiendum victimæ sanguinem, quod hic minus aptum est.—πέδον ραντήριον vulgo vertunt *solum conspersum*; fere ut *σωτήριος* passive ponitur sup. 629. CEd. Col. 487. *θριπτήριος nutritus* Cho. 6. *πεδορ-ραντήριον* Dind., non improbante Hermannus; et sic in Med. a prima manu scriptum fuisse testatur. Sed est mire compositum. *πίδοι* Herm., ut σφαγείον καὶ ραντήριον ἀνδρὸς sit *viri sanguinem humi profundens*. Quo nihil durius esse potest. Audacius etiam Franz. ἀνδροσφάγ' ἰὼν γαπίδου ραντήριον. Olim ego dictum putabam pro *πίδον ἀπορραντηρίου*, sc. loci ubi servabatur aqua ad conspergendam victimam, vel ad lustrationem adhibita.

Eur. Ion. 435. ἐλθὼν εἰς ἀπορραντήριον δρόσον καθίσω, ubi istud εἰς ostendit non *vas* sed *locum* sic nominari. Nunc vero *πέδον ραντήριον* legendum cum Pearsono puto, ut *γυναικὸς λυμαντήριος* inf. 1413. μύθου θελεκτήριος Suppl. 442, sc. *solum conspergentem*. Ad *στείγην* refertur v. 1054. Sic *τύχη πρακτήριος* Suppl. 517. Vide ad Theb. 1035. Frustra, opinor, contendit Hermannus non recte hoc dici nisi addito αἵματι, quod vel in præcedentibus latet.

1062. Libri ὦν ἀν ἐρήση, solece, cum aoristum non *εὔρησα* sed *εὔρον* fuerit *Æschyli* saltem ætate.

1064. Hoc versu breviter et raptim respondet Cassandra chori interpellationi v. 1061. Structura continuatur a v. 1060, si structura est, ubi cuncta turbatæ mentis trepidationem consulto indicant. Sed similis locus est CEd. Tyr. 1128—30. Bene Hermannus: “ut *κλαίεσθαι* non sit *deflere*, sed *flentem esse*, quod alio verbo *δακρυρροεῖν* vocatur, tamen vel sic accusativus ei adjungi potuit.”

1067. ἦ μὴν Med. ἦμεν reliqui. Rarior hic usus pro *sane, profecto*; nam ἦ μὴν vel minandi formula est, ut Prom. 174. 928, vel significat *nihilominus*, ut ibid. 73. In proximo versu *ἤσμεν* Fors. Blomf. Herm. Dind.

- τί τὸδε νέον ἄχος μέγα ; 1070  
 μέγ' ἐν δόμοισι τοῖσδε μῆδεται κακόν,  
 ἄφερτον φίλοισιν, δυσίατον· ἀλὰ δ'  
 ἐκὰς ἀποστατεῖ.
- ΧΟ. τούτων αἰδρίς εἰμι τῶν μαντευμάτων·  
 ἐκεῖνα δ' ἔγνω· πᾶσα γὰρ πόλις βοᾷ. 1075  
 ΚΑ. ἰὼ, τάλαινα, τὸδε γὰρ τελεῖς,  
 τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν  
 λουτροῖσι φαιδρύνασα—πῶς φράσω τέλος ;  
 τάχος γὰρ τόδ' ἔσται. προτείνει δὲ χεῖρ ἐκ  
 χερὸς †ὀρέγματα. 1080
- ΧΟ. οὐπω ξυνῆκα· νῦν γὰρ ἐξ αἰνιγμάτων  
 ἐπαργέμοισι θεσφότοις ἀμηχανῶ.  
 ΚΑ. ἐέ, παπαῖ, παπαῖ, τί τὸδε φαίνεται ; στρ. ε.  
 ἡ δίκτυόν τί γ' Αἰδου ;  
 ἀλλ' ἄρκυς ἡ ξύνεννος, ἡ ξυναιτία 1085  
 φόνου. στάσις δ' ἀκόρετος γένει  
 κατολολυζάτω θύματος λευσίμου.
- ΧΟ. ποῖαν Ἐρινὺν τήνδε δώμασιν κέλει στρ. ε'.  
 ἐπορθιάζειν ; οὐ με φαιδρύνει λόγος.

1072. Metrum bacchiacum est, ut Prom.  
 115. Theb. 101. Male Blomf. pro doch-  
 miaco hypercatalectico accepit.—ἀλὰ, sc.  
 Orestes.

1078. φαιδρύνασα, non φαιδρύνουσα,  
 dicit, quia mactatus est Agamemno quum  
 lotus balneo jam exiret. Eum. 603.

1080. ὀρεγόμενα vulgo. ὀρεγμένα Flor.  
 Farn., unde ὀρέγματα Herm. Cf. Cho.  
 418. Schol. διαδέχονται ἀλλήλους τοῖς  
 ὀρέγμασι τῶν χειρῶν Αἰγισθος καὶ Κλυ-  
 ταιμνήστρα. Imo de sola Clytæmnestra  
 dicitur.

1081. ἐξ αἰνιγμάτων, post ambages.  
 Agamemnonis fatum primum per ambages  
 (1058—67), nunc per vaticinia haud minus  
 ambigua significat.

1084. Particulam γε exclusit Dind., ne-  
 scio an recte. Vide ad Suppl. 301.

1086. στάσις. Schol. Med. ἡ στάσις,  
 φησὶν, ἐπολούζει μέλλει ἐπὶ τῇ λεωργῇ  
 Κλυταιμνήστρᾳ, ἡνίκα ἀπόληται. Fu-  
 riarum coetus intelligunt, propter sequens  
 Ἐρινύν. Confer Cho. 106.—ἀκόρετος γέ-  
 νει, cujus in domum Atridarum inexpleta  
 est vindicta: quam satias non capit quin  
 certam domum semper insectetur, et cladi-  
 bus exhauriat. Libri autem et hic et infra  
 v. 1112. ἀκόρετος, solemnī errore.

1087. θύματος λευσίμου pendet a κατὰ  
 in κατολολυζάτω. Confer Cho. 928. Lo-  
 quitur autem de cæde Agamemnonis, lapi-  
 datione postea expianda: vide inf. v. 1594.  
 —κατολολυζάτ' ὦ Meineke, Frag. Com.  
 Græc. iv. p. 535, sed recte se habent vul-  
 gata. γένει κατολολυζάτω qui jungere  
 malunt, his respondere putabunt quæ proxi-  
 me sequuntur δώμασιν ἐπορθιάζειν.

ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφῆς 1090

σταγῶν, ἅτε †καιρία πτώσιμος

ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς.

ταχῆϊα δ' ἅτα πέλει.

KA. ᾧ ᾧ, ἰδού, ἰδού· ἄπεχε τῆς βοῦς ἀντ. εἰ.

τὸν ταῦρον· ἐν πέπλοισιν 1095

μελαγκέρῳ λαβοῦσα μηχανήματι

τύπτει· πίτνει δ' †ἐν† ἐνύδρῳ τεύχει.

δολοφόνου λιβητος τύχαν σοι λέγω.

XO. οὐ κομπάσαιμι ἂν θεσφάτων γνῶμων ἄκρος ἀντ. εἰ.

εἶναι· κακῷ δὲ τῷ προσεικάζω τάδε. 1100

ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις

βροτοῖς στέλλεται; κακῶν γὰρ διαί

πολυπεεῖς τέχνηι θεσπιψδὸν

φόβον φέρουσιν μαθεῖν. 1104

KA. ἰὼ, ἰὼ, ταλαίνας κακόποτμοι τύχαι· στρ. ζ.

τὸ γὰρ ἐμὸν †θροεῖς πάθος †ἐπεγχείας.

1090. κροκοβαφῆς σταγῶν est sanguinis gutta, quæ in cor præ timore congesta pallidam faciem relinquit. Sequentia corrupte in libris leguntur. καὶ διρία πτώσιμος Rob. δορία Med. δωρία Ven. Flor. Farn. Præclaram Dindorfii emendationem καιρία non commemoravit inter alias Hermannus, ipse suum γὰρ δορί πτώσιμος sic interpretatus: "*tangit cor meum purpurea gutta, quæ ferro humi profusa cum occidentis vitæ lumine finiet.*" καιρία πτώσιμος verte, ex fatali vulnere deficiens; et vide quæ de v. καιρός annotata sunt in Append. D. ad Suppl. (ed. 2.)

1096. Variant libri inter μελαγκέρῳ vel —ωι, et —ων. Hermannus: "Quoniam tauri et vaccæ appellatione usa erat, transfert cornua ad id de quo proprie dici non potuerunt, non tamen ut solam vestem, qua obvolutus est Agamemno, sed ut universum occidendi modum designet: quare μηχανήματι dicit, quasi nigris cornibus, sic ictibus ferri peti illum indicans." μελάγκερων μηχανήμα est cornu, ut ἰχθυόλος μηχανή

est tridens, Theb. 122. Vulgo autem μελάγκερων, i. e. ipsum taurum nigris cornibus insignem. Nudum istud μηχανήματι τύπτει nunc sentio nullo modo defendi posse.

1097. ἐν addidit Schützius. κῦρε pro τεύχει ob metrum Blomf. et Herm.

1102. τέλλεται Herm., recte fortasse. διὰ κακῶν, ut Trach. 1131. τίρας τοι διὰ κακῶν ἰθίσιπας, sc. mala proferendo. Tum θεσπιψδοὶ Herm. Dind. Sed φόβον postulat sibi adjectivum, et sententia eadem fere est, sc. φόβον ἀπὸ θεσφάτων.

1106. Libri θροῶ et ἐπεγχείασα, quod cum v. antistrophico non congruit. Verissime Franz. ἐπεγχείας, bene etiam θροεῖ, nisi quod probabilius Hermannus, qui in eandem conjecturam incidit, θροεῖς. Nam hæc verba ad chorum dicta sunt: meam enim sortem infelicem prædicas, cum de malis ex vaticinandi arte ortis ita loqueris. Legitur quidem θροεῖσθαι media voce Eum. 486, sed θροεῖς mox 1110.

ποῖ δὴ με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες  
οὐδὲν ποτ' εἰ μὴ ξυνθανομένην; τί γάρ; /

ΧΟ. φρενομανῆς τις εἰ θεοφόρητος, ἀμ-

στρ. ἡ.

φὶ δ' αὐτὰς θροεῖς

1110

νόμον ἄνομον, οἷά τις ξουθὰ

ἀκόρετος βοᾷς, φεῦ ταλαίναις φρεσὶν

Ἴτυν Ἴτυν, στένουσ' ἀμφιθαλῇ κακοῖς

ἀηδῶν βίον.

ΚΑ. ἰὼ, ἰὼ, λιγείας μύρον ἀηδόνας·

ἀντ. ζ'.

† περίβαλον γάρ οἱ πτεροφόρον δέμας

1116

1107. ἤγαγεν Hermannus, ut ad Agamemnonem referatur, non ad Apollinem, propter ξυνθανομένην in v. sequente. ἤγαγες, collato v. 1054, de Apolline dictum videri potest; sed si quis ξυνθανομένην ut simul cum viro moriar intelligere nolet, facillime supplebit ὦ Ἀγάμεμνον. Minus recte interrogandi notam post ἤγαγες vulgo ponunt, quasi responsum esset in οὐδὲν ποτ' εἰ μὴ κ.τ.λ. Imo sic accipe: ποῖ δὴ με ἤγαγες οὐδὲν ποτ' ἄλλο πεισομένην ἢ ξυνθανομένην;—τί γάρ; sc. τί γάρ ἄλλο; Monuit Schol. Med.

1111. ξουθός plerumque redditur *fuscus* (*brown*). Dubium est an rectius alii de arguto volandi strepitu accipiant, ut in ξουθὴ μέλισσα, ξουθοὶ ἄνεμοι, ξουθὰ λαλεῖν ap. Bl. Gloss. Quod si verum est, a ξέω formatum videtur, eum stridorem significans quæ a radendo editur. Nam altera forma ξύω ad ξούω, ξοίω, ξόω referendum est: confer ξόανον, εὐξοος. Hom. Hymn. ad Diosc. 12. οἱ δ' ἐξαπίνης ἐφάνησαν, ξουθῆσι πετρύγεσι δι' αἰθέρος ἀτέλαντες. De lusciniis et apibus plerumque dicitur, quamquam sensu incerto, atque eo magis quod nec sonus nec color utrique consimilis est. ξουθόπτερος μέλισσα (Herc. Fur. 487. Frag. Cress. xiii.) ad sonum potius referendum est, quia ut corporis color apibus fuscus sit, alæ saltem lucidæ sunt; aliis autem efficitur sonus. Jam luscinia διὰ ξουθῶν γενῶν ἐλελιζομένα aptius de voce accipitur, quia non fusco, sed canoro gutture notabilis est avis. Contra autem de colore

dictum putant Blomf. et Müller. Dor. i. p. 267, qui idem quod ξανθός valere docet. Et profecto Xuthus, Ionis pater, Æoli filius, Dorici Apollinis cognomen fuit, idemque fortasse valebat quod ξανθός θεός. (*New Cratylus*, § 97.) Photius etiam inter alia interpretamenta vocis ξουθὸν recenset ξανθόν. Vox est sine dubio antiquissima, quam ex tradito usu sumebant poete, fortasse ipsi parum compertum habentes quisnam primarius fuisset ejus sensus.

1112. ταλαίναις in Med. a prima manu scriptum videri testatur Herm. Vulgo ταλαίνας. φιλοῖκτοις ante ταλαίνας agnoscunt Ven. Flor., et omissio ταλαίνας Farn. Recepit Hermannus, qui ὁμοῦ στένουσ' ὀρθίους ἐν νόμοις scripsit in antistrophico v. 1122. Idem ingeniose monuit verba Ἴτυν Ἴτυν imitationem esse vocis lusciniæ, atque ideo arcte cum στένουσα construenda. βίον *per vitam* vulgo interpretantur.

1116. περιβαλοντο γάρ οἱ Med., et sic fere libri, variata scriptura inter περιβ— et περιβ—. περιβαλόντες γάρ οἱ Flor. Ven. Farn., unde περιβαλόντες οἱ πτεροφόρον δέμας γάρ dedit Peile. περιβαλοντό οἱ Hermannus, qui mediam vocem intelligit curarunt ut vestiretur plumis. At περιβαλίσθαι est induere, περιβαλεῖν circumdare; quare ego quidem non dubitavi cum Blomf. et Franz. activam formam restituere. περιβαλον Ἐσχύλο posteriorius fuisse credo.—Ceterum lacrymosa lusciniæ vita suavissime dicitur γλυκὺς αἰὼν ἀπὲρ κλαυ-

θεοὶ, γλυκύν τ' αἰῶνα κλαυμάτων ἄτερ·  
ἐμοὶ δὲ μῖμνε σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

ΧΟ. πόθεν ἐπισσύτους θεοφόρους τ' ἔχεις ἀντ. ή.  
ματαίους δῦας, 1120

τὰ δ' ἐπίφοβα δυσφάτῳ κλαγγᾷ  
μελοτυπεῖς, ὁμοῦ τ' ὀρθίοις ἐν νόμοις;  
πόθεν ὄρους ἔχεις θεσπεσίας ὁδοῦ  
κακορρήμονας;

ΚΑ. ἰὼ γάμοι, γάμοι στρ. θ'.  
Πάριδος, ὀλέθριοι φίλων. 1126

ἰὼ Σκαμάνδρου πάτριον ποτόν·  
τότε μὲν ἀμφὶ σὰς αἰόνας τάλαιν'  
ἡνυτόμαν τροφαῖς·  
νῦν δ' ἀμφὶ Κωκυτόν τε κᾶχερουσίους 1130

ὄχθους ἔοικα θεσπιωδέσειν τάχα.

ΧΟ. τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω;  
νεογνὸς ἀνθρώπων μάθοι. στρ. ι.  
πέπληγμαί δ' ὑπαὶ δήγματι φοινίῳ,

μάτων, quia in avem mutata mulier Ityn gemit sine ulla conscientia præteritorum malorum, quod bene monuit K. Talis mutatio non manet Cassandra, sed crudelissima cædes ferro confecta.

1119. Particulam *τε* malim omissam, ut *πόθεν ἐπισσύτους* cohæreat: unde *irruentem habes divinandi furorem*? Omisit etiam, quod serus video, Hermannus.

1123. ὄρους θεσπεσίας ὁδοῦ, *finis vaticinationis* (viæ vaticinandi), satis mira periphrasis est. *λογίων ὁδὸν* Equit. 1016. *θεσφάτων ὁδὸν* Phoen. 911.

1128. τότε, olim, Cho. 962. ἡνυτόμην, *ηὐξόμην*, Schol.

1132. Cum diserte dicit Cassandra se mox apud Cocytum oracula edituram, tunc demum intelligit chorus, qui adhuc obstupuit, delirare putans vatem tanta miracula profundentem. Interrogandi signum in fine versus a Blomf. positum sustulit Hermannus, ut *τί* pendeat a *μάθοι*, et *ὅτι* valeat, scilicet ut Soph. Ajac. 794. *ὥστε μ' ὠδίνειν*

*τί φής*. At aliud, opinor, esset *τί φής ὠδίνω*, debebatque vir doctissimus exemplum pronominis *τί* pro *ὅτι* initio sententiæ usurpati proferre: altero enim nihil vulgaris.

1133. *ἂν* post *νεογνὸς* inferciunt quidam, de structura optativi magis quam de metro solliciti. Vide ad v. 342. 535. Probabiliter Franz. *νεογνὸς ἂν βροτῶν μάθοι*. — *κλύων μάθοι* Dind. — *καὶ παῖς νεογνὸς ἂν μάθοι* Herm.

1134. ὅπως δάκει φοινίῳ Hermannus, qui cum dubitare se dicit an recte dicatur *πέπληγμαί ὑπαὶ δάκει*, non videtur meminisse *ὑπαὶ ῥιπαῖς ἐξηγειρόμην* supr. 865. Ego contra quæro an Græcum sit *πέπληγμαί δάκει*, cum *δάκος* non *morsum* sed *bestiam* significat. Sed fac istius usus non deesse exempla: num recte etiam additur accusativus *μινυρὰ φοβερόθροα*, ex eodem verbo *πέπληγμαί* aptus, sed prorsus alium significatum, sc. *ἐπέπληγμαί*, *φοβοῦμαι*, induto? Sic enim magnus ille criticus

δυσαλγεί τύχη μινυρά θρεομένας, 1135  
θαύματ' ἐμοὶ κλύειν.

ΚΑ. ἰὼ πόνοι, πόνοι ἀντ. θ'.

πόλεος ὀλομένας τὸ πᾶν.  
ἰὼ πρόπυργοι θυσαίαι πατρός,  
πολυκανεῖς βοτῶν ποιονόμων. ἄκος δ' 1140  
οὐδὲν ἐπήρκεσαν,

τὸ μὴ πόλιν μὲν, ὥσπερ οὖν ἔχει, παθεῖν.

ἐγὼ δὲ θερμόνους τάχ' ἐν πέδῳ βαλῶ.

ΧΟ. ἐπόμενα προτέροις τὰδ' † ἐπεφημίσω. ἀντ. ἰ.

καὶ τίς σε κακοφρονῶν τίθη- 1145

σι δαίμων, † ὑπερθεν βαρὺς ἐμπίτνων,

μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα·

τέρμα δ' ἀμηχανῶ.

ΚΑ. καὶ μὴν ὁ χρησμός οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων 1150  
ἔσται δεδορκῶς, νεογάμου νύμφης δίκην·

λαμπρὸς δ' εἰκεν ἡλίῳ πρὸς ἀντολὰς

labanti antistrophæ metro succurrendum putavit.

1136. θαύματ' vulgo. θαύματ' Farn., et sic Dind. Franz. Herm. Frequens est corruptio, ut κάτοπτρον pro κατοπτρὸν v. 297.

1141. ἐπήρκεσαν, *suppeditarunt*, ut Pind. Nem. vi. 63. ἐπήρκεισιν Blomf. Dind. sine causa.—τὸ μὴ, non τὸ μὴ οὐ, hic prætulit, ut Theb. 866. δόλος οὐδεὶς μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.

1143. θερμὸν οὐς ex Canteri conjectura recepit Hermannus. Nollem factum; nam ut dura sit ellipsis pronominis ἐμαυτὴν, alterum illud plane inauditus, ut furore correpta mulier se *fervidam aurem mox humi projecturam* dicat. Imo et βάλλειν, et sæpius etiam ρίπτειν, ἰάπτειν, ἵναι, sic absolute usurpari extra dubitationem positum videtur. Notum est comicorum βάλλ' ἐς κόρακας. Cf. Eur. Cycl. 574. Vesp. 227. Cho. 565. Monk. ad Alcest. 922. Non multum moror, quod desiderat Hermannus ἰγὼ ἢ θερμόνους.

1144. Libri τὰδ' ἐφημίσω, laborante

metro, quod parum numerose suffulciunt corrigendo vel προτέροις vel τὰδε γ'. Mihi probabilius visum est τὰδ' ἐπεφημίσω, non modo quod ἐπὶ hic multum facit ad sententiam, sed quod τὰδε πεφημίσω scriptum non potuit librarius non mutare in ἐφημίσω.

1146. Libri ὑπερβαρῆς, quod strophico non respondet. ὑπέρφευ βαρὺς Franz. Equidem dedi ὑπερθεν βαρὺς, h. e. *desuper gravis insiliens*, ut Eum. 347. ἀνέκαθεν βαρυπείσῃς. Pers. 518. ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλον. De forma ὑπερβαρῆς dubitat Blomf., sed sine causa, ut Hermannus videtur. Confer ὑπερβαρίω.

1149. καὶ μὴν, Angl. *well then*, sc. εἰ τέρμα ἀμηχανεῖς, ὡς φῆς.—ἔσται δεδορκῶς, oculos habebit et prospiciet non jam ex velamine sc. flammeolo. Vide Cho. 829. Sic nuptura Iphigenia dicitur λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων ἔχουσα, Iph. Taur. 372.

1151. Imago petita videtur a vento, qui ab occidente spirans undas contra surgentem solem tumescere facit. Clarum, inquit, jam inferendum erit vaticinium (sc.

πνέων ἐσήξιν, ὥστε κύματος δίκην  
 † κλύζειν πρὸς αὐγὰς τοῦδε πῆματος πολὺ  
 μεῖζον· φρενώσω δ' οὐκέτ' ἐξ αἰνιγμάτων.  
 καὶ μαρτυρεῖτε συνδρόμῳ ἵχνος κακῶν  
 1155  
 ῥινηλατούσῃ τῶν πάλαι πεπραγμένων.  
 τὴν γὰρ στέγην τήνδ' οὐποτ' ἐκλείπει χορὸς  
 ζύμφθογγος, οὐκ εὐφωνος· οὐ γὰρ εὐ λέγει.  
 καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,  
 1160  
 βρώτειον αἶμα, κῶμος ἐν δόμοις μένει,  
 δύσπεμπος ἔξω, ζυγγόνων Ἐρινύων.  
 ὕμνοισι δ' ὕμνον δώμασιν προσήμηναι,  
 πρῶταρχον ἄτην· ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν

si intelligere non potes quid dicam), ita ut majus etiam malum appareat. Etenim antea suam et Agamemnonis cædem vaticinata cum frustra chorum de imminente malo monuisset, nunc de se minus sollicita id solum efficere studet ut regis fatum apertius etiam, quanquam ne sic quidem nisi admodum ambigue, significet. Nam non vult disertè dicere, quod tamen ad extremum cogitur quodammodo declarare, Ἀγαμέμνονός σέ φημ' ἐπόψεσθαι μόρον, v. 1217. Itaque in τοῦδε πῆματος μεῖζον cædem Agamemnonis sua ipsius graviolem innuit.

1153. κλύζειν Auratus pro κλύειν.— πρὸς ἀγὰς Franz. male, nam et λαμπρὸς et αὐγὰς spectant ad perspicuitatem qua pro ambagibus jam usura est Cassandra. Idem frustra ἐσήξιν cum Bothio.

1156. Legendum fortasse ῥινηλατούσαι, quo nescio an ducat etiam librurum lectio ῥινηλατούσῃ (sic). Similiter enim omnes libri ὀλέσθῃ pro ὀλέσθαι inf. 1580.

1158. οὐ γὰρ εὐ λέγει. Nam nihil fausti decantat, ut chorum decet.—σύμφθογγος οὐκ εὐφωνος Hermannus, deleto puncto inter has voces, ut sit *consonus malis vocibus*. Quo commento, me quidem iudice, facile carere possumus. Ceterum ἐκλείπει, quod ego quidem male olim pro ἐκλείψει accipiebam, non est pars vaticinii, sed pestem narrat familiæ inherentem, et jam eo ipso tempore quasi intra domum bacchan-

tem (v. 1160), si forte apertius fiat chorus jam in eo esse ut alia cædes perpetretur. Omnino magnifica est hujus loci oratio, et summum magni poetæ ingenium in eo cernitur, ut quasi per gradus quosdam ad simplicem rei veritatem cognoscendam chorum ducat Cassandra.

1159. Optime explicatur hic locus in *Theatre of the Greeks* (p. 51. ed. 5). Vidit editor ejus doctissimus respici ad κῶμους, sc. comessantium coetus, qui post cenam ebrii exire solebant ut plateas obambularent. Hic igitur coetus Furiarum, quanquam humano sanguine, ceu vino, satiatus, domi manet, nec vult foras dimitti, unde δύσπεμπος vocatur. Comparari potest Eur. Androm. 602. ἥτις ἐκ δόμων τὸν σὸν λιποῦσα φίλιον ἐξεκώμασε νεανίου μετ' ἀνδρὸς. “Comissantes autem hilariter canebant, ideoque Furiae ὕμνοισιν ὕμνον.” Blomf. Hic vero non foris, sed δώμασιν προσήμηναι.

1163. ἐν μέρει, utpote χορὸς, v. 1157, qui se in canendo invicem excipiunt.—εὐνὰς ἀδελφοῦ, sc. Atrei, δυσμενεῖς τῷ πατοῦντι, Thyestæ, qui ejus jura adulterio violaverat, infestas. Atreus enim Thyestæ nefandas epulas paravit, quod describitur inf. 1568 seq., et iniquissimam illam ultionem *delectantur* Furiae, sc. τὸ τὰς εὐνὰς δυσμενεῖς γεγυῖναι.



- εὐνάς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς.  
 ἡμαρτον, ἣ † κυρῶ τι τοξότης τις ὥς ; 1165  
 ἣ ψευδόμαντις εἰμι θυροκόπος φλέδων ;  
 ἐκμαρτύρησον προϋμόσας τὸ † μὴ εἰδέναι  
 λόγῳ παλαιὰς τῶνδ' ἀμαρτίας δόμων.  
 ΧΟ. καὶ πῶς ἂν ὄρκος, πῆγμα γενναίως παγὲν,  
 παιώνιον γένοιτο ; θαυμάζω δέ σου, 1170  
 πόντου πέραν τραφέισαν ἀλλόθρουον πόλιν  
 κυρεῖν λέγοισαν, ὥσπερ εἰ παρισταίεις.  
 ΚΑ. μάντις μ' Ἀπόλλων τῷδ' ἐπέστησεν τέλει.  
 ΧΟ. μῶν καὶ θεός περ ἱμέρῳ πεπληγμένος ;  
 ΚΑ. προτοῦ μὲν αἰδῶς ἦν ἐμοὶ λέγειν τάδε. 1175  
 ΧΟ. ἀβρύνεται γὰρ πᾶς τις εὖ πράσσων πλέων.  
 ΚΑ. ἀλλ' ἦν παλαιστής κάρτ' ἐμοὶ πνέων χάριν.  
 ΧΟ. ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἤλθετον νόμφ ;

1165. *θηρῶ* Canterus pro *τηρῶ*, et sic Herm. Mihi probabilius videtur *κυρῶ*, quod edidit Franz. ex conject. H. L. Ahrens.

1167. τὸ μὴ εἰδέναι λόγῳ, non ex *rumore tantummodo scire*. Sic legendum cum Dobræo censuit Herm. pro vulg. τὸ μ' εἰδέναι λόγῳ, nec dubito quin verissime. "Verbum *ἐκμαρτύρησον*, quod proprie de testimonio absentis dicitur, sic accipiendum est ut sit *de absente, quum mortua ero, testare*. Προϋμόσας autem dicit, quia nunc jurare, antequam eveniant vaticinia sua, jubet." Λόγῳ παλαιὰς jungenda putat Donaldson, *New Cratylus*, p. 495 (ed. 2), qui vix recte contulit CEd. Tyr. 1395.

1169. ὄρκον πῆγμα Auratus, quem sequuntur Blomf. Dind. Franz., non item Herm. Probabile est, sed non necessarium, παιώνιος. Cf. Eur. *Alcest.* 355. ἡδὲ γὰρ φίλος κἀν νυκτὶ λείσσειν. Simillime autem dixit Euripides, *Iph. Aul.* 395. τοῦς κακῶς παγέντας ὄρκους. Sensus est: at nihil profuerit iusjurandum vel validissime et sanctissime pactum. καὶ πῶς ἂν *utinam* vertunt Donaldson et Herm. Quod construendum putat Conington, καὶ πῶς

ἂν ὄρκος παιώνιος γένοιτο πῆμα γενναίως παγὲν, *mederi possit injuriæ domibus infixa*, id *Æschyleam syntaxin nequaquam sapit*, nec bene Græcum esse credo.

1171. *Mirror te tam recte dicere de fortuna urbis Argivæ, tanquam ipsa iis rebus interfuisses, cum sis Trojana mulier.*

1176. Solent homines, cum prospera fortuna utuntur, fastidiosiores esse; Angl. *to be more particular; to feel more delicacy*. Perperam K. "omnibus juvatur deliciis, magis etiam quam quod justum est." Nam ἀβρύνεσθαι valet *τρυνᾶν*, θρῦπτεσθαι.

1177. παλαιστής, *amator*, Theocr. vii. 125, ubi vide interpp. *At ille urgebat* vertit Hermannus, quod eodem fere reddit. De verbo πνεῖν, quod proprium amantibus fuit, vide ad Suppl. 17.

1178. ἡλθέτην Elmsl. Blomf. Herm.—νόμφ, *legitimo connubio*, h. e. τοῦ παιδοποιεῖσθαι χάριν, quod probat etiam τέκνων εἰς ἔργον. Herc. Fur. 1316. οὐ λίκτρα τ' ἀλλήλοισιν, ὧν οὐδεὶς νόμος, ζυνῆψαν; Minus apte, meo quidem iudicio, contulit Herm. Il. ix. 133. ἧ θίμεις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἡδὲ γυναικῶν, quod simpliciter valet *ut mos est hominibus*.

ΚΑ. ξυναινέσασα Λοξίαν ἐψευσάμην.

ΧΟ. ἤδη τέχναισιν ἐνθέοις ἡρήμενῃ; 1180

ΚΑ. ἤδη πολίταις πάντ' ἐθέσπιζον πάθη.

ΧΟ. πῶς δῆτ' ἄνατος ἦσθα Λοξίου κόρυ;

ΚΑ. ἔπειθον οὐδέν' οὐδέν, ὥς τάδ' ἤμπλικον.

ΧΟ. ἡμῖν γε μὲν δὴ πιστὰ θεσπίζειν δοκεῖς.

ΚΑ. ἰοῦ ἰοῦ, ὦ ὦ κακά. 1185

ὑπ' αὖ με δεινὸς ὀρθομαντείας πόνος

στροβεῖ, ταρασσῶν φροιμίους ~~(ἐργασίην)~~ ἄλγρειν

ὁρᾶτε τοῦσδε τοὺς δόμοις ἐφημένους

νέους, ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασιν;

παῖδες θανόντες ὥσπερὶ πρὸς τῶν φίλων, 1190

χεῖρας κρεῶν πληθόντες οἰκείας βοραῖς,

ξὺν ἐντέροις τε σπλάγχν', ἐποίκτιστον γέμος,

πρέπουσ' ἔχοντες, ὧν πατὴρ ἐγεύσατο.

ἐκ τῶνδε ποινὰς φημι βουλευεῖν τινὰ

λέοντ' ἀναλκιν ἐν λέχει στρωφώμενον 1195

οἰκουρὸν, οἶμοι, τῷ μολόντι δεσπότη

ἐμφ' φέρειν γὰρ χρὴ τὸ δούλιον ζυγόν.

νεῶν τ' ἐπαρχος Ἰλίου τ' ἀναστάτης

1182. *ἀνατος* Canterus pro *ἀνακτος*.

1183. Poena mea hæc erat, ut nemini persuadere possem, quamvis vera dicerem. Cf. v. 1166. Scilicet ut inepta ac temere effutita negligebant cives quæ de suo ipso-rum fato tum a vate prædicta audiebant. Virg. *Æn.* ii. 246. *tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris Ora, dei jussu non unquam credita Teucris.* Ibid. iii. 187. *aut quem tum vates Cassandra moveret?*

1187. Corrupta vox ἐφημένους ex proximo versu huc illata genuinam vocem expulit, ut in Suppl. 488. Theb. 389. Cho. 760. *φαντασμάτων* supplevit Franz. *δυσφροιμίους* non admodum feliciter Hermannus. Equidem cum Dindorfio lacunam relinquere malui.

1190. Junge ὥσπερὶ παῖδες, potius quam ὥσπερὶ θανόντες. Cf. Theb. 755.

Trach. 118. Vesp. 396. Pac. 234. Et sic etiam Hermannus. Magnifica autem et vere terribilis imago, quod Cassandræ oculis obversantur umbræ comesorum a suo patre liberorum. Ceterum structura est, *πρίπουσι πληθόντες ἔχοντές τε*.—πλήθειν intransitive, ut *πληθύνειν*, legitur etiam Cho. 580. Pers. 277.

1194. *ἐκ τῶνδε, quam ob causam*, sup. v. 850. inf. 1581. "*λέοντ' ἀναλκιν* op-ponit *λέοντι εὐγενεῖ*, sc. Agamemnoni, v. 1230." Blomf.

1196. Fortasse οἶμαι, ironice: qui domi custodem falso se profitetur fuisse, sc. *Ægisthus*.

1197. *δεσπότη*, inquam, quia hæc servitutis fortuna mihi ferenda est.

1198. *ἐπαρχος* codd. *ἐπαρχος* Cante-rus et reliqui fere edd.

- οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισήτης κυνὸς  
 λέξασα κάκτεινας φαιδρόνους, δίκην 1200  
 Ἄτης λαθραίου, τεύζεται κακῇ τύχῃ.  
 τοιαῦτα τολμᾷ· θήλυς ἄρσενος φονεὺς  
 ἐστίν. τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκυσ  
 τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν, ἣ Σκύλλαν τινα 1205  
 οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτῶν βλάβην,  
 θύουσαν Ἄιδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἄρῃν  
 φίλοις πνέουσιν; ὥς δ' ἐπωλολύξατο  
 ἡ παντότολμος, ὥσπερ ἐν μάχης τροπῇ.  
 δοκεῖ δὲ χαίρειν νοστήμῃ σωτηρίᾳ.  
 καὶ τῶνδ' ὅμοιον εἴ τι μὴ πείθω· τί γάρ; 1210  
 τὸ μέλλον ἤξει. καὶ σύ μ' ἐν τάχει παρῶν  
 ἄγαν γ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.

1199. *μισήτης, impudicæ*. Cognata vox est *μισητήρ*, Arist. Plut. 989. Av. 1620. Libri *μισητής*. Sed vide cum de significato tum de immanti Meineke, Frag. Com. Græc. i—ii. p. 202. Vulgo vertunt *odiosæ*.

1201. *Quibus dictis quænam male consequutura sit*. Α *τυγχάνω*, non a *τεύχω*, recte deducit Herm. Sic supr. 168. *τεύξεται φρενῶν τὸ πᾶν*. Respicit simulatam Reginæ orationem 829—886, et blanditias quibus adductus erat maritus ut domum ovans intraret. Quid autem velit in isto *τεύξεται*, in v. seq. indicatur. Tritum id veteribus, *ἀγαθὴ τύχη* et *κακὴ τύχη* factum esse quod aut bono aut malo omine susceptum est.

1202. *τοιάδε τολμᾷ* Flor. Ven. *τοιάδε τόλμα* θήλυς etc. Franz., non improbante Hermanno. Confer autem Iph. Taur. 621. *αὐτὴ ξίφι θύουσα θήλυς ἄρσενας*.

1204. *ἀμφίσβαινα*, ex eo genere serpentum qui venenum non habent, sic dicti quia retro pariter et prorsus repere solent. Physicis hodie vocantur *double-walkers*. Memorat hanc inter alios Lucianus *περὶ Διψάδων*.—*Σκύλλαν τινα*, non confundendam cum Nisi filia Scylla, Cho. 604, quod fecit poeta non indoctus Propertius, v. 4. 40.

et Ovid Fast. iv. 500. Quæ Homerus Od. xii. 85—100 de Scylla scripsit, ea fidem nobis faciunt istam fabulam originem traxisse ab immanti loligine (sepia), cujus tentacula ex antro extenta ad prædam capiendam miraculum olim ignaris habita sunt. Nam hic mos est istius belluæ, ut scopulo latens extruso capite propinquantia expectet.

1206. *θύουσιν, furentem*, Homericò sensu. Cf. Pind. Pyth. iii. 58. Pro *ἀρὰν* probabiliter corrigunt Ἄρην, ut Ἄρην πνέοντων sup. v. 366, et hoc suadet epithetum *ἄσπονδον, implacabilem*. Verumtamen vulgatum non ineptum est: *imprecationem nullis libationibus avertendam*, sc. quin perficiant dii. Cf. v. 69. inf. 1223.

1207. *ἐπωλολύξατο*. Nempe supr. 570. Quod non intelligo quo jure negaverit Conington. Sententia est: Quem vero clamorem tollere ausa est, tanquam jam reportata de viro victoria!

1210. Si *ψευδόμαντις* habeor, perinde est. Vide ad v. 1183.

1211. Libri *σὺ μὴν*, quod correxit Canterus.—De particula *γε* post *ἄγαν* vide ad Suppl. 698. Omiserunt Blomf. Franz. Dind. Herm. Mihi quidem Anglicè valere videtur: *a true, aye, too true a prophetess*.

ΧΟ. τὴν μὲν Θυέστου δαῖτα παιδείων κρεῶν  
 ξυνῆκα καὶ πέφρικα· καὶ φόβος μ' ἔχει  
 κλύοντ' ἀληθῶς οὐδὲν ἐξηκασμένα· 1215  
 τὰ δ' ἄλλ' ἀκούσας ἐκ δρόμου πεσὼν τρέχω.

ΚΑ. Ἀγαμέμνονός σέ φημι ἐπόψεσθαι μόρον.

ΧΟ. εὐφημον, ὦ τάλαινα, κοίμησον στόμα.

ΚΑ. ἀλλ' οὔτι Παιὼν τῷδ' ἐπιστατεῖ λόγῳ.

ΧΟ. οὐκ, εἰ παρέσται γ'· ἀλλὰ μὴ γένοιτό πως. 1220

ΚΑ. σὺ μὲν κατεύχει, τοῖς δ' ἀποκτείνειν μέλει.

ΧΟ. τίνος πρὸς ἀνδρὸς τοῦτ' ἄχος πορσύνεται;

ΚΑ. ἡ κάρτ' ἄρ' ἂν παρεκτόπῃς χρησμῶν ἐμῶν.

ΧΟ. τοῦ γὰρ τελοῦντος οὐ ξυνῆκα μηχανήν.

ΚΑ. καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἑλλήν' ἐπίσταμαι φάτιν. 1225

1215. οὐδὲν ἐξηκασμένα, vera, quæ non similitudine tantum depicta sunt, velut in tabula. Confer Theb. 440. 518. Equit. 230. καὶ μὴ δέδιθ', οὐ γάρ ἐστιν ἐξηκασμένος. Opponi solet ἀληθής, ut Lucian. p. 836, de sculptis Alexandri nuptiis: μισθὸν ἐλκασμένον γάμου προσλαβὼν ἀληθῆ γάμον. Itaque male fecit Franz. cum μύθοις pro ἀληθῶς scripsit.

1219. At fieri non potest ut hoc quod dixi non eveniat; ut nihil profuerit εὐφημειν. Confer v. 144. Ludit in gemino sensu vocis παιῶν. Vide Frag. 266. 3. Nam cum pæan cantabatur, fausta omnia dicebant. Hoc igitur dicit: At non est hic locus neque occasio εὐφημα φωνεῖν, neque enim adest qui mederi possit imminenti malo.

1220. Non πως, sed πω in fine versus scribendum puto. Nam hoc velle videtur: Non est remedium, si revera, ut dicis, imminet cædes; sed longius abesse spero. Tu quidem, respondet illa, precaris μήπω γένοιτο, dum interfectores id ipsum agunt, ut statim fiat. Futuram aliquando esse cædem jam certo didicit v. 1217: moram tantummodo precari potest. εἰ παρίσται in εἴπερ ἔσται non est mutandum, si recte locum intelligo. Nominativum adsciscas δν σὸ λέγεις μόρον.

1223. Libri ἄρ' ἂν. ἄρᾶν dedit Cante-

rus, ut sit, profecto longe aberrasti a diris vaticinii, sc. si non potes intelligere quænam Agamemnonis interfectrix futura sit. ἀρὰ sic est denunciatio, quæ continetur in prædicto. Aberrasti dicit, quia chorus quæsierat τίνος πρὸς ἀνδρὸς etc., cum revera mulier, non vir, eum occisura esset. Correxerit Porsonus ἡ κάρτα χρησμῶν ἄρ' ἐμῶν παρεκτόπεις, sed dubitari potest cum de ἀρα sic posito tum de genitivo post παρεκτόπεις, quod simpliciter valet *perperam cernere*, ut παρακοῦειν, παραισθάνισθαι, etc. παρασκοπεῖν τίνος si recte dicitur, idem quod ἀμαρτάνειν τίνος valet, et de eo usurpatur qui non recte collineat. Do particula ἂν eo sensu posita quo vernacule dicimus *you must have overlooked*, nemo mediocriter doctus hodie dubitabit. Confer sup. 906. Od. iv. 547. Philoct. 572. πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς Οὐδυσσεὺς ἔπλει; Ed. R. 523. ἀλλ' ἦλθε μὲν δὴ τοῦτο τοῦνειδος τάχ' ἂν ὀργῇ βιασθῇν. Hermannus autem cum Franzio ἡ κάρτ' ἄρ' αὐ edidit, i. e. *iterum*. "Exprobrat Cassandra quod et ante non intellexerit chorus de Agamemnone eam loqui, et nunc non videat interfectricem esse Clytæmnestram." Recte fortasse. Vulgatum servarunt etiam Peile, Dind. et Conington.

1225. Et tamen Græco sermone usa sum in vaticinando. Et Pythia oracula Græce

ΧΟ. καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα, δυσμαθῇ δ' ὅμως.

ΚΑ. παπαῖ· †τόδ' οἶον πῦρ· ἐπέρχεται δέ μοι.

ὅτοτοῖ, Λύκει' Ἀπολλων· οὐ ἐγώ, ἐγώ. ✓

αὕτη δίπους λείαινα, συγκοιμωμένη

λύκῳ,λέοντος εὐγενούς ἀπουσία,

1230

κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὥς δὲ φάρμακον

τεύχουσα, κάμου μισθὸν ἐνθήσει κότῳ.

ἐπεύχεται, θήγουσα φωτὶ φάσγανον,

ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον.

τί δῆτ' ἐμαυτῆς καταγέλῳτ' ἔχω τάδε

1235

καὶ σκῆπτρα καὶ μαντεῖα περὶ δέμῃ στέφῃ;

σέ μὲν πρὸ μοίρας τῆς ἐμῆς διαφθερῶ.

ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'· †ἄγ' ὦδ'· ἄμ' ἔψομαι.

scripta sunt, nec tamen idcirco intellectu facilia; h. e. linguam quidem tuam ac verba satis intelligo, ut et oraculorum; sed mentem non magis capio. Ad τὰ Πυθόκραντα non recte quidam supplendum putant ἐπιστάσαι. Est enim nominativus.

1227. πρὸς οἶον τὸ πῦρ recte videtur Herm. τόδ' οἶον πῦρ recepisse. Nam ut priorem syllabam in ποῖος corripuerit poeta Suppl. 888, et in τοιοῦτος inf. 1323, non adeo certum est οἶος in istum usum cadere, ut de insolito hiatu post παπαῖ taceamus.

1232. ἐμου μισθόν, vindictam ob eam rem quod me huc adduxerit, immiscebit ac superaddet iræ jam antea propter interfec-tam Iphigeniam in maritum conceptæ. Non hoc, opinor, dicit: ut quæ miscet venenum me quoque occidet; sed, inter alia, mei quoque odium infundet poculo quod in maritum parat.—ποτῶ Dind. Franz. ex Casauboni conjectura. ἐνθήσειν Herm. cum Farn., quo recepto ὥστε ad ἀντιτίσασθαι supplendum erit. Duriuscule, ut nunc legitur, abest nectendi particula ante ἐπεύχεται. De aoristi infinitivo vide Stallb. ad Phæd. p. 67. B. de genitivo Elmsl. ad Med. 256. ad Heracl. 852. Cf. 86. 131. 136.—ἀντιτίσασθαι Blomf. Dind. Franz.

1236. στέφῃ. Derepta capiti ac discerpta vitta Romanis etiam signum fuit ejurandi

sacerdotii. Tacit. Ann. i. 57. de Segestis filio Segimundo: sacerdos apud aram Ubiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles.

1237. σέ μὲν. Alloquitur aliquid quod ante spectatorium oculis abjicit a se, vel vittam vel baculum. Confer locum ex hoc plane adumbratum, Eur. Troad. 451. Qui Agamemnonem intelligunt, etsi advocare potuerunt ibid. 359, 405, loci magnifici sententiam mirum in modum perversunt, quia gestus pariter atque oratio furibundæ mulieris esse debent.

1238. Libri πεσόντ'· ἀγαθὸν δ' ἀμείψομαι. Optima sane est Hermanni conjectura ἐγὼ δ' ἄμ' ἔψομαι, nisi quod nemo facile dixerit quo vel manus vel oculi errore ἐγὼ in ἀγαθὸν mutatum sit. Correxī in priore ἀγ' ὦδ', quod in ἀγεθ' ὦδ', ἀγαθὸν δ', corruptum fuisse puto ab inepto homine qui pluralem potius expectabat. Sic in Pers. 142, pro ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι, quidam libri ἀλλ' ἄγετε vel ἀλλ' ἄγετ', ὦ Πέρσαι præbent. ἄμ' ἔψομαι fere certum est, quippe quod alibi sæpius occurrat, ut Soph. El. 253. σοὶ γὰρ ἐψόμεσθ' ἄμα. Verum autem esse non potest, nisi mentio fiat alicujus quem secutura sit. Scilicet abjecto instrumento, quod prius se perdituram dicit, conversa ad ministrum quem amens fingit sibi adesse, Jam parata sum, inquit,

ἄλλην τιν' ἄτην ἀντ' ἐμοῦ πλουτίζετε.  
 ἰδοὺ δ', Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ  
 χρηστηρίαν ἰσθῆτ', ἐποπτεύσας δέ με  
 καὶ τοῖσδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ  
 φίλων ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχορρόπως μάτην.  
 καλουμένη δὲ φοιτὰς, ὡς ἀγύρτρια,  
 πτωχὸς, τάλαινα, λιμοθνής ἤνεσχόμην.  
 καὶ νῦν ὁ μάντις, μάντιν ἐκπράζας ἐμὲ,  
 ἀπήγαγ' ἐς τοιάσδε θανασίμους τύχας.  
 βωμοῦ πατρώου δ' ἀντ' ἐπίζηνον μένει,

1240

1245

sequi; deduc me ad cædem. Supplendum igitur, quod desiderat J. Conington, ὁ ἐπὶ τὸ ἄγειν με τεταγμένος.—πισόντα γ'. ὦδ' ἀμείψομαι K. et Conington. ἴτ' ἐς φθόρον πισόντα δ' ὦδ' ἀμείψομαι Franz.

1239. ἄλλην ἄτην, *aliam noxam*: sc. aliam, quæ et sibi ipsi fuerit et aliis pestis habita sit. Cf. v. 745. Invidiose se dicit ἄτην, tanquam nihil nisi malum secum afferre soleat furor divinationis ab Apolline concessæ. Et hæc ἄτη per se πλουτίζεσθαι recte dicitur, ubi aliqua re sibi congrua et consentanea instruitur. Alii ἄταις emendant. Hermannus: "Non dubito quin verum sit ἄτης, in quo acerba inest exprobratio mali ab Apolline dati. Ut πλουτεῖν cum genitivo construitur, ita quidni etiam πλουτίζειν?" Recepti olim ex Marg. Askev. ἄλλην τιν', ἄλλην, quæ bona lectio adhuc mihi videtur.

1243. μάτην καταγελωμένην se dicit, quia ψευδόμαντις immerito habebatur; vide ad v. 1183. μάτην igitur est *sine causa*. μετὰ φίλων, h. e. non modo me ipsam, sed amicos etiam et patronos meos ludibrio haberi passus est. Alii pro ἐν φίλοις accipiunt, propter antithesis in ἐχθρῶν, sc. Trojæ; alii φίλους ἐχθροὺς *amicos non sinceros* vertunt; quod minime probo. Amat noster contraria componere magis quam opponere. Vide ad Eum. 675. supr. 792. οὐ διχορρόπως, *unanimo consensu*, ut Suppl. 959. Apollo, qui vidit me *etiam* in his sacris vestibus ridi ab inimicis, multo magis me sine insignibus et in hostili

terra ludibrio fieri sinet. Hermannus emendationem, μέγα pro μετὰ, admisit post alios Franz., ut φίλων ὑπ', ἐχθρῶν, sit *ab amicis pariter atque inimicis*. Hodie ματὴρ pro μάτην ex Hesychio erutum huc transferendum putavit Herm., cujus hæc est interpretatio: "Nam quod me hoc quoque in ornatu valde derisam ab amicis inimicis conspexit, non ambigue ejus ornatus vindex est." Quod paucis eum probaturum puto.

1244. Ordo verborum, monente Hermannus, hic est: ἤνεσχόμην τάλαινα καλουμένη φοιτὰς, πτωχὸς, λιμοθνής, ὡς τις ἀγύρτρια. Hæc, inquit, convicia divinationis præmia habui. Memorari debet Blomfieldii conjectura φοιτὰς pro φοιτὰς. Laudat ille Hec. 815, sed pro vulgato facit Theb. 658. σὸν φοίτῃ φρενῶν.

1246. ἐκπράζας, postquam ipse vates vatem me, quam debebat honorare et servare, perdidit. ἐκπράζει pro διεργάσασθαι CEd. Col. 1659.—*Ulciscens me* vertit Dind. Sed rectius fortasse *cum vatem me fecerit*.

1248. Libri ἀντεπίζηνον. Rarissime postponitur ἀντι, quod tamen fit, accentu non retracto, Il. xxiii. 650. σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοεικία δοῖεν. Ibid. xxiv. 254. "Ἐκτορος ὠφέλετ' ἀντι θοῆς ἐπὶ νηυσὶ πεφάσθαι. Ceterum hanc ῥῆσιν ante oculos habuisse Euripidem in Troad. 353—405 vel ex hoc apparet, quod ridet Æschylum securis mentionem tam sæpe facientem (cf. 1118. 1233. 1355. 1473, etc.). Sic enim ejus Cassandra v. 361. πέλεκυν

θερμῷ κοπίσης φοινίῳ προσφάγματι.  
 οὐ μὴν ἄτιμοι γ' ἐκ θεῶν τεθνήξομεν. 1250  
 ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,  
 μητροκτόνον φίλυμα, ποινάτωρ πατρός·  
 φυγὰς δ' ἀλήτης, τῆσδε γῆς ἀπόξενος,  
 κάτεισιν, ἄτας τάσδε θριγκώσων φίλοις·  
 ὁμώμοται γὰρ ὄρκος ἐκ θεῶν μέγας, 1255  
 ἄξειν νιν ὑπέρτασμα κειμένου πατρός.  
 τί δῆτ' ἐγὼ κάτοικος ὦδ' ἀναστένω,  
 ἐπεὶ τὸ πρῶτον εἶδον Ἰλίου πόλιν  
 πράξασαν ὡς ἔπραξεν, οἳ δ' εἶχον πόλιν,  
 οὕτως ἀπαλλάσσουσιν ἐν θεῶν κρίσει; 1260  
 ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.

οὐχ ὑμνήσομεν, ὅς εἰς τράχηλον τὸν ἑμὸν εἶσι χάτερων.

1249. κοπίσης, sc. ἰμοῦ, genitivus absolutus Æschylo plus semel usitatus. Vide ad v. 938. κοπίσαν dedit Dind., κοπίση Hermannus, qui θερμὸν πρόσφαγμα *iracundam mactationem* vertendum censet, ut Troad. 624. θερμὸν de calido sanguine ego accipere soleo.

1255. Hic versus in libris legitur post v. 1261. Proprio loco restituit Hermannus. In proximo v. ὑπέρτασμα a luctando sumitur: vide ad Suppl. 85.

1257. κάτοικος pro κατ' οἶκος accepit K., corruptum putat Dind. (Præf. ad ed. 1851, p. xxi.), qui cum Franzio et Hermannō μέτοικος scripsit. Audacior est emendatio, quia parum probabilis corruptela. κάτοικος Scaliger: cf. ἔποικτος inf. 1592. κατοικτίζει Prom. 36. Sed non absurda est Schützii interpretatio, *ante aedes*, vel potius *apud aedes*, quasi Anglice dicas *housed here*. Omnino periculosum puto quodvis vocabulum Æschylo abjudicare, quia non alibi memoratur. κάτοικον se dicit, quia in domum recepta est postquam omnia vidit eversa et flammis Asiam ferroque cadentem, Juv. x. 266, nec dignam se putat quæ alia atque ceteri sorte utatur.

1258. τὸ πρῶτον εἶδον, sc. ut vates præscia.

1259. οἳ δ' εἶχον πόλιν. Victores dicit, qui urbe potiti sunt, an victos, qui olim habebant? Equidem non facile decerno. Illos Peile et Conington, hos Klausen. designari putat. ἔχειν πόλιν plerumque ponitur de iis qui urbem ceperunt, ut sup. 311. Τροίαν Ἀχαιοὶ τῇδ' ἔχουσ' ἐν ἡμέρᾳ: hic vero de solo Agamemnone non apte diceretur, qui non modo habebat, sed adhuc habet captivos. Imo rectius ἐν θεῶν κρίσει de damnato Ilio (Hor. Od. iii. 3. 23) intelligendum videtur. Ceterum ἀπαλλάσσειν intransitive usurpatur, ut Arist. Pac. 568. ἢ καλῶς αὐτῶν ἀπαλλάττειν ἀν μετόρχιον. Plat. Resp. ii. § 8. πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάττομεν. Herod. viii. 68.

1261. Vulgatum πράξω contra editorum conjecturas tuetur Hermannus, et ita quidem ut ad τλήσομαι τὸ κατθανεῖν referendum putet. Verum enimvero si πράσσειν, addito εὖ vel κακῶς, bene vel male pati valebat, non absurdum est opinari, usu factum esse ut absolute etiam πράσσειν pro παθεῖν poneretur, ubi anceps sententia ab intellectu adverbio penderet. Confer v. 360. ἔπραξαν, ὡς ἔκρανεν. Similiter inf. 1647. πράσσει, πιαίνου, pro εὖ πράσσει manifesto accipiendum est. Confer etiam ἔπραξάνην v. 1418.

Ἴδου πύλας δὲ τάσδ' † ἐγὼ προσενέπω.  
 ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,  
 ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων εὐθνησίμων  
 ἀπορρυνέντων, ὅμμα συμβάλλω τόδε.

1265

ΧΟ. ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ  
 γύναι, μακράν ἔτεινας· εἰ δ' ἐγνηύμως  
 μόρον τὸν αὐτῆς οἶσθα, πῶς, θεηλάτου  
 βοὸς δίκην, πρὸς βωμὸν εὐτόλμως πατεῖς ;

ΚΑ. οὐκ ἔστ' ἄλυξις, οὐ, ξένοι, † χρόνον πλέω.

1270

ΧΟ. ὁ δ' ὕστατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται.

ΚΑ. ἥκει τόδ' ἡμαρ· σμικρὰ κερδανῶ φυγῇ.

ΧΟ. ἀλλ' ἴσθι τλήμων οὐς' ἀπ' εὐτόλμου φρενός.

ΚΑ. οὐδεὶς ἀκούει ταῦτα τῶν εὐδαιμόνων.

ΧΟ. ἀλλ' εὐκλεῶς τοι καταθεῖν χάρις βροτῶ.

1275

ΚΑ. ἰὼ, πάτερ, σοῦ τῶν τε γενναίων τέκνων.

1262. Libri omnes τὰς λέγω. τάσδ' ἐγὼ Canterus, Δ in Δ feliciter mutata. Sensus est : has palatii fores (sc. in proscaenio representatas) tanquam Orci portas appello, utpote intra quas mihi mox moriendum sit.

1264. Photius : σφαδάζειν· δυσθανατεῖν. Ex qua glossa apparet quo sensu εὐθνησίμων hic ponatur.

1268. θεήλατος putabatur victima si ad aram patienter accessisset, nec vi adacta ; quod boni ominis erat. Contrarium etiam Romani male interpretabantur. Tac. Hist. iii. 56. *Accessit dirum omen, profugus altariibus taurus, disiecto sacrificii apparatu, longe, nec ubi feriri hostias mos est, confossus.*

1270. Libri χρόνῳ πλέω. Ex assimilandī errore, qui longe frequentissimus est, natam esse ineptam scripturam vix dubites. χρόνον πλέω Hermannus, ut olim edidi ex conjectura ejus ad Eur. Hel. 572 proposita. χρόνῳ πλείων Peile, Franz. χρόνῳ πλείον Dind. Quæritis, inquit Cassandra, cur nolim reluctari ? Quia diutius non patet effugium. At saltem, respondet chorus, qui ultimus supplicium subit reliquis prælatus est, τοῦ χρόνου πρεσβεῖον ἔχει. Confer

κακῶν πρεσβεύεται Cho. 620. De more Atheniensium qui hic respicitur vide interpp. ad Arist. Pac. 395.

1272. Soph. El. 1485. τί γὰρ βροτῶν ἀν' ξὺν κακοῖς μεμιγμένων θνήσκειν ὁ μέλλων τοῦ χρόνου κέρδος φέροι ;

1273. *Sed scias te, si patiendum est, forti saltem animo passuram.*

1275. "De nemine hoc dicitur, qui felicem adeptus est sortem." K. Vult Cassandra, τὸ καταθεῖν, εἴτε εὐκλεῶς εἴτε ἀκλεῶς, κακὸν ἴσθι. Recte, opinor, judicavit Conington vulgatum in libris horum versuum ordinem omnino servandum esse. Hodie plerique sic legunt : ΚΑ. ἀλλ' εὐκλεῶς —. ΧΟ. οὐδεὶς ἀκούει —. Et sic nuper Hermannus, Heathio obsecutus. Sed sine dubio v. 1275 Chori est, infelicem puellam confirmantis ; alter autem Cassandra, misellam consolationem aspernantis. Sic demum Chori εὐκλεῶς θανεῖν idem valet quod modo dixerat θανεῖν ἀπ' εὐτόλμου φρενός.

1276. σὼν τε Hermannus ex Aurati emendatione, mala illa quidem, cum ob proxime repetitum sigma, tum quia articulus idem omnino valet.

*Ibid.* Post hunc versum puta Cassandram



ΧΟ. τί δ' ἐστὶ χρῆμα ; τίς σ' ἀποστρέφει φόβος ;

ΚΑ. φεῦ, φεῦ.

ΧΟ. τί τοῦτ' ἔφευξας ; εἴ τι μὴ φρενῶν στύγος.

ΚΑ. φόνον δόμοι πνέουσιν αἵματοσταγῇ.

1280

ΧΟ. καὶ πῶς ; τόδ' ὅξει θυμάτων ἐφεστίων.

ΚΑ. ὁμοίος ἀτμός ὥσπερ ἐκ τάφου πρέπει.

ΧΟ. οὐ Σύριον ἀγλαΐσμα δώμασιν λέγεις.

ΚΑ. ἀλλ' εἰμι κὰν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν

Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀρκείτω βίος.

1285

ἰὼ, ξένοι.

οὐ τοι δυσοίζω, θάμνον ὡς ὕρνης, φόβῳ

† ἄλλως· θανούσῃ μαρτυρεῖτέ μοι τόδε,

ὅταν γυνὴ γυναικὸς ἀντ' ἐμοῦ θάνῃ,

ἀνὴρ τε δυσδάμαρτος ἀντ' ἀνδρὸς πέσῃ.

1290

ἐπιξενουῖμαι ταῦτα δ' ὡς θανουμένη.

ΧΟ. ὦ τλήμων, οἰκτεῖρω σε θεσφάτου μύρου.

ΚΑ. ἅπαξ ἔγ' εἰπεῖν ῥῆσιν, † οὐ θρήνον θέλω

pavore correptam trepidare, quasi odorem sanguinis subito senserit. Schol. ὀκνεῖ ἐσελθεῖν, ὡς τι δεινὸν ὁρῶσα.

1280. φόβον libri, nisi quod in Farn. superscripta est litera ν. φόνον Canterus. Vide ad Suppl. 492.—De καὶ πῶς ; in ν. seq. vide ad v. 532.

1282. Verbum πρέπειν generaliter de quovis sensu usurpari notavit Buttm. Lexil. p. 351. Ut hic de odore, sic supra v. 30 de visu, v. 312 et Pind. Nem. 3. 118, de sono, ponitur.

1287. Hesych. δυσοίζειν· φοβεῖσθαι, ὑποπτέειν. Rhcs. 805. μηδὲν δύσοιζ' οὐ πολέμιους δρᾶσαι τάδε, ne suspiceris. Ibid. v. 724. Non sine causa, inquit, metuo ingredi aedes sanguinem spirantes, ut avis metuit arbustum, ne visco implicetur. Laudat Shilleto ad Dem. de Fals. Leg. § 27. Shakesp. iii. Hen. vi. act. v. sc. 6. *The bird that hath been limed in a bush, With trembling wings misdoubteth every bush.*

1288. Libri ἀλλ' ὡς. Corrigendum putabam μαρτυρῆτε, sed recte videtur Her-

mannus ἄλλως emendasse. Hoc, inquit Cassandra, sc. me non frustra nunc metuere, vos mihi testari volo, postquam et ipsa occidero, et Clytæmnestram atque Ægisthum interfecerit Orestes. Ceterum δυσδάμαρτος genitivus est.

1291. Hesychius : ἐπιξενουῖσθαι· μαρτυρεῖσθαι. Hoc loco plane respicitur ad μαρτυρεῖτε v. 1288. *Et nunc ut moritura vos obtestor*, sc. testes estote mihi recte me hæc prædixisse. Heroicis ætatibus ξένοι plusquam hospites erant, quippe qui ad ferendum amicis auxilium religione obstricti fuerint, sive bello seu jure civili capitis impenderet periculum. Hinc ἐπιξενουῖσθαι, hospitem sibi adsciscere, significabat etiam testem citare, sponsorem appellare, h. e. patrocinium ejus coram iudice postulare, et ἐπιξενουῖσθαι τι aliquid amici testimonio probandum committere. Ξενοδόκειν et ξενοδόκος similiter usurpata esse ex Apollonii Lex. ostendit Hermannus.

1293. Præclarum est quod hic fecit Hermannus, ῥῆσιν, οὐ θρήνον pro vulg. ῥῆσιν

ἐμὸν τὸν αὐτῆς. ἡλίψ δ' ἐπέυχομαι  
 πρὸς ὕστατον φῶς, τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις 1295  
 ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ  
 δούλης θανούσης, εὐμαροῦς χειρώματος.

**Χορῶ** βρότεια πράγματ'· εὐτυχούντα μὲν  
 σκιά τις ἂν πρέψειεν· εἰ δὲ δυστυχῇ,  
 βολαῖς ὑγρώσσων σπόγγος ὤλεσεν γραφῆν. 1300  
 καὶ ταῦτ' ἐκείνων μᾶλλον οἰκτεῖρω πολὺ.

ἢ θρῆνον restituendo. Et mirum quidem est emendationem tam certam et quasi per se manifestam omnes adhuc latuisse editores. Si plura addam, inquit, ne putetis me id facere ut fatum meum lugeam. Vide ad Suppl. 108.

1294. Constructio est, *εὐχομαι ἡλίψ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς φονεῦσι, ὁμοῦ τίνειν (δικῆν) τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις*. Aliter accipiunt K., Peile, et Conington: precibus ad solem factis imprecor ultoribus meis ut occisoribus meis idem solvant; h. e. imprecor Oresti, vindici mei futuro, facilem victoriam. Sed falsam esse eam interpretandi rationem per se patet; non enim ultor τίνειν δικῆν interfectori, sed interfecto ultori. Quod laudat Conington, CEd. Col. 229, id promisca fuisse τίνειν et τίνεσθαι non evincit. Videtur τίνειν ibi significare *ἀμύνεσθαι, rependere*. Pro ὁμοῦ recepit Franz. Schützii ἡμοῦ. Sed de utroque simul occidendo-dici ὁμοῦ monuit Blomf., qui τοῖ ἐμοῦ τιμαόρους scripsit. De Hermanno vero quid dicam? Qui totum locum sic edidit:

ἡλίψ δ' ἐπιεύχομαι  
 πρὸς ὕστατον φῶς, βασιλῆως τιμαόρους  
 \* ἀσκέυους ὁμοῦ \*

ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ἡμοῦ  
 δούλης κ.τ.λ.

et τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις ideo improbat, quia scilicet non ipsam, sed Agamemnonem vindicaturi venient ultiores. At supra v. 1251 dixerat Cassandra *ἤξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμαόρος*. Idem denique ex Hesychii glossa ἀσκέυους· ψιλοῖς, ἀπαρασκεύοις· Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, huic loco nova verba inexit, et sic ex ingenio versum mutilum supplevit, *ἴσας δίκας φανέντας ἀσκέυους ὁμοῦ*.

1300. Metaphora a pingendo ducitur. σκιά et σκίασμα propria vocabula sunt in ista arte, ut et σκιαγραφεῖν, *adumbrare*. Hesychius: σκιά, σκιάσις· ἐπιφάνεια τοῦ χρώματος ἀντίμορφος. Dicit igitur poeta, prosperas res adeo tenues et umbratiles esse ut vel levissimus penicilli tactus eas immutare possit; sin autem aliquis adversa fortuna utatur, admotam madescendentem spongiam delere picturam, sc. facile omnia in oblivionem abire. Sic ἐξαλειφθεῖσ' ὡς ἄγαλμα Eur. Hel. 262. Frag. Pelei iv. τὸν δλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βοροτοῖς, ὅν γ' ἐξαλείφει ῥῶον ἢ γράφει θεός. Antiphanes ap. Phil. Mus. Cant. i. p. 573. λυπηρὸν ἀνθρώποισιν εἰ τὸ ζῆν κακός, ὥσπερ πονηροὶ ζωγράφοι τὰ χρώματα, πρῶτιστον ἀφανίζουσιν ἐκ τοῦ σώματος. Apprime huc facit Plutarchus de Fortuna, § iv. γράφοντα πολλάκις ἐξαλείφειν, τέλος δ' ὑπ' ὀργῆς προσβαλεῖν τῷ πίνακι τὸν σπόγγον, ὥσπερ εἶχε φαρμάκων ἀναπλέων.—πρέψειεν Boissonadius et Herm. ex Photii glossa: πρέψαι, τὸ μοιῶσαι, Αἰσχύλος. Hesych.: πρέψας· εἰκασμένος, εἰκασθεῖς. Quod fortasse verum: Angl. *a mere outline will give the likeness*.

1301. Et hæc, sc. si quis, ut Agamemno, ex magna felicitate in res adversas inciderit, magis deploranda sunt quam illa, sc. si quis infelix, ut ego ipsa, subita morte absumptus sit. "Sæpe numero," inquit Astius ad Plat. Rempubl. ii. § 11, "οὐτός id quod primo loco dictum est, igitur nomen remotius respicit; ἐκεῖνος vero ad id quod propius est refertur." Levem esse suam necem, si cum Regis cæde comparetur, indicare vult Cassandra. Confer v. 1153.

ΧΟ. τὸ μὲν εὖ πράσσειν ἀκόρεστον ἔφν  
 πᾶσι βροτοῖσιν· δακτυλοδείκτων δ'  
 οὐτίς ἀπειπὼν εἴργει μελάρων,  
 Μηκέτ' ἐσέλθης, τάδε φωνῶν.  
 καὶ τῷδε πόλιν μὲν ἐλεῖν ἔδοσαν  
 μάκαρες Πριάμου,  
 θεοτίμῳ δ' οἴκαδ' ἱκάνει·  
 νῦν δ' εἰ προτέρων αἰμ' ἀποτίσει,  
 καὶ τοῖσι θανούσι θανὼν ἄλλων  
 ποινὰς θανάτων ἐπικραίνει,  
 τίς ἂν εὖζαιτο † βροτὸς ὧν ἀσινεῖ  
 δαίμονι φῦναι, τὰδ' ἀκούων;

1305

1310

ΑΓ. ὦμοι, πέπληγμαὶ καιρίαν πληγὴν ἔσω.

1302. Sententia est: felicitate nunquam satiantur homines, parum reputantes magnæ fortunæ semper subesse periculum; sicut nunc metuendum ne Agamemno poenas luat pro antiquis familiæ peccatis.

1303. "Ab insignibus ædibus nemo vetans arceat introitum." K. δακτυλόδεικτον reponerat Casaubonus, hoc sensu: nemo id digito notatum, ut rem infamem ac parum honestam, ita alloquitur, Apagete ab hac domo. Et sic Dind. (1851.) Simile est χειρόδεικτα Cæd. Tyr. 901.

1305. μηκέτι δ' ἐσέλθης libri, scilicet ex librariorum studio catalectica supplendi. Correxerit Hermannus. Sæpius autem apud poetas dicuntur Opes, tanquam personam indutæ, domum intrare, vel in domum a domino recipi. Confer Pind. Pyth. v. init. Eur. Suppl. 876. χρυσὸν—οὐκ εἰσεδέξατο οἶκον. Frag. Erechth. xx. 13. τὰ γὰρ κακῶς οἴκους ἐσέλθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν, sc. χρήματα. Hom. Εἰρσειώνη 3. αὐταὶ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔσισιν πολλός. Et quis non videt hunc lusum cognomini Aristophanis fabulæ subesse? Contulit Dobræus Martial. Ep. i. 26. 5. Ante fores stantem dubitas admittere famam?

1311. ἄγαν ἐπικρανεῖ Farn. Vict. ἄγαν τε κρανεῖ Vossius, quem sequuti sunt

Blomf. K. et Peile. Sed deest ἄγαν in Flor. Ven., et debetur sine dubio metrici hominis temeritati. ἐπικραίνει Herm., quod intelligi potest si in eo est ut pro aliis interfecit ipse moriendo poenas cædium expendat. ἐπικρανεῖ tanquam a κραναίῳ formatum servavit Franz., ἀντεπικρανεῖ Dind. ἀντεπικραίνει Bamberger.

1312. Libri τίς ἂν εὖζαιτο βροτῶν. Qui εὖζασθαι hic precari intelligunt, τίς ἂν οὐκ cum Cantero legant necesse est: qui vero gloriarī, confidenter affirmare, ii vel cum Herm. Dind. τίς ποτ' ἂν ex E. A. Ahrens. emendatione, vel cum Franz. Bothium sequuti τίς ἂν εὖζαιτο βροτὸς ὧν recipient. Rarior est aoristi usus hoc significatu; sed exstat non dubium exemplum Od. 14. 463. εὖζάμενός τι ἔπος ἐρίῳ, οἶκος γὰρ ἀνώγει. —ἀσινὴς δαίμων est fortuna innocua, malis non obnoxia, sc. ea quæ nihil mali postea puniendum in deos vel homines admittat.

1314. ἔσω. Intellige lethalem ictum intra corpus acceptum, ut Eur. El. 1222. φασγάνῃ καθηρέσμεν, ματίρος ἔσω δέρας μεθείς. Orest. 1472. παῖν λαιμῶν εἴσω. Cf. Hel. 356. Ion. 766. Il. xxi. 117. ἔχω Blomf., cui "miserabiliter friget istud ἔσω." Magis, opinor, frigeret repetitum πέπληγμαί—πληγὴν ἔχω, etiam addito καιρίαν.

## ΧΟΡΟΣ.

- σῖγα· τίς πληγὴν αὐτῇ καιρίως οὐτασμένος ; 1315  
 ΑΓ. ὦμοι μάλ' αὖθις, δευτέραν πεπληγμένους.  
 ΧΟ. τοῦργον εἰργάσθαι δοκεῖ μοι βασιλέως οἰμώγματι.  
 ἀλλὰ κοινωνώμεθ' ἴαν πως ἀσφαλῆ βουλευμάτα.  
 ΧΟ. α'. ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὴν ἐμὴν γνῶμην λέγω,  
 πρὸς δῶμα δεῦρ' ἀστοῖσι κηρύσσειν βοήν. 1320  
 ΧΟ. β'. ἐμοὶ δ' ὅπως τάχιστα γ' ἐμπεσεῖν δοκεῖ,  
 καὶ πρᾶγμ' ἐλέγχειν ξὺν νεορρύτῃ ξίφει.  
 ΧΟ. γ'. καγὼ, τοιούτου γνώματος κοινωνῶς ὦν,  
 ψηφίζομαι τι δρᾶν· τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή.  
 ΧΟ. δ'. ὁρᾶν πάρεστι· φροϊμάζονται γὰρ ὡς 1325  
 τυραννίδος σημεῖα πράσσοντες πόλει.  
 ΧΟ. ε'. χρονίζομεν γάρ· οἱ δὲ τῆς μελλοῦς κλέος

1315. Chorum ex duodecim personis constitisse docte ostendit Müller. Dissert. ad Eum. p. 55, refutata eorum opinione qui cum Schol. ad Arist. Equit. 586, quindecim fuisse putaverunt. Nam in hoc dialogo singulorum hominum usque ad xii enuntiantur sententiæ, quorum primus incipit a senario 1319. Sed xv plerique recentiorum cum Hermanno numerant, sc. a v. 1315 ad v. 1342. Quibus illud aliquantum adversari videtur, quod singulos trochaicos eodem personarum ordine cum binis senariis decantatos efficiunt. Hermannus (1852): "Initium fit ratione quadam epodica, ut trimeter Agamemnonis et qui eum sequitur trochaicus chori senis pro strophæ, et statim eadem metra pro antistrophæ sint, quas tertii senis trochaicus epodi loco sequatur. Ex ea re intelligi potest stetisse chorum κατὰ ζυγά, certe quo tempore clamantem audit Agamemnonem."

1318. Libri κοινωνώμεθ' ἄν πως, quod tuetur K. tanquam "vestigium usus Homericæ," obsequentibus Peile et Conington, quorum rationes ego vix bene intelligo. Olim edidi ἦν πως, sc. ἦν πως γίνηται, si fieri possit. Hodie paullo probabilius videtur Hermanni conjectura, in quam et ipse ignarus incideram, ἄν πως, sc. ἂν

ἦ. De qua structura conferri potest Thucyd. iv. 118. τῇ θαλάσῃ χρωμένους, ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἱαντῶν καὶ τὴν ξυμμαχίαν. Antipho, p. 133. 32, et Buttm. ad Dem. Mid. p. 529. b. ἂν pro ἂν videor mihi recte restituisse etiam Theb. 557.—κοινωνώμεθ' ἂν πως interrogative Blomf. Dind.

1320. βοήν πρὸς δῶμα, i. e. βοηθείαν, auxilium ad regiam ferendum.

1322. πρᾶγμ' ἐλέγχειν, facinus arguere, Angl. charge them with the deed, ut Antig. 434. καὶ τὸ πρᾶγμ' ἡλέγχομεν.—ξὺν ξίφει, dum adhuc gladium tenent interfectores, ita ut quasi ejus testimonio utamur. νεορρύτῃ (ῥ) modo e vagina extracto interpretatur Hermannus. Quo accepto quid, quæso, lucramur?

1325. Duriuscule, sed tamen ut bene Græcum sit, nunc sentio dici ὡς πράσσοντες σημεῖα, sc. ea agendo, quæ affectandi imperii indicio sint. Recte Conington πράσσοντες πράγματα σημαντικά explicat. Itaque sine causa ὡς πράσσοντες construendum putabam, ut ὡς πράσσοιμ' ἂν sup. 903.

1327. τῆς μελλοῦς restituit Herm. ex Tryphone περὶ τρόπων. Libri μελλούσης, sed τῆς μελλοῦς, superscripta η, Flor.—πίδοι pro πίδον quivis hodie scribendum

- πέδοι πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.  
 XO. ε'. οὐκ οἶδα βουλῆς ἧς τινος τυχὼν λέγω.  
 τοῦ δρῶντος ἐστὶ καὶ τὸ βουλευσαί περί. 1330  
 XO. ζ'. καγὼ τοιοῦτός εἰμ', ἐπεὶ δυσμηχανῶ  
 λόγοισι τὸν θανόντ' ἀνίστάμαι πάλιν.  
 XO. η'. ἡ καὶ βίον †τείνοντες ὥδ' ὑπεῖξομεν  
 δόμων κατασχυνητῆρσι τοῖσδ' ἡγουμένοις ;  
 XO. θ'. ἀλλ' οὐκ ἀνεκτόν, ἀλλὰ κατθανεῖν κρατεῖ· 1335  
 πεπαιτέρα γὰρ μοῖρα τῆς τυραννίδος.  
 XO. ι'. ἡ γὰρ τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων  
 μαντευσόμεσθα τάνδρὸς ὡς ὀλωλότος ;  
 XO. ια'. σάφ' εἰδότας χρὴ τῶνδε †θυμοῦσθαι πέρι·  
 τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα. 1340  
 XO. ιβ'. ταύτην ἐπαινεῖν πάντοθεν πληθύνομαι,  
 τρανῶς Ἀτρεΐδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

intellegerit; et πεδοῖ jam olim Hermannus. Vide Prom. 280. Cho. 631. Sententia: in mala re agenda hæsitare et circumspicere honestius est quam temere inchoare. Quamquam dubium videtur κλέος, pro quo χάριν dat Trypho.

1330. "Ad ἐστὶ subintelligendum βουλή. —τὸ βουλευσαί πέρι, quod ad censendum, ad suadendum attinet." K. Idonea profecto sententia, et Æschylo dignissima, τοῦ δρῶντος βουλή ἐστὶ περὶ τὸ βουλευσαί. Melius Scholefi.: "Qui aliquid facturus est, eum etiam deliberare decet de re gerenda." Sensus est: nescio quod consilium assecutus in medium proferam: quamquam qui agit (acturus est), eum decet prius de re agenda consultiisse (quæ vis aoristici est). Cf. Alcest. 1081. τὸ γὰρ φιλεῖν τὸν θανόντ' ἀγεί δάκρυ, sc. olim amavisse. Igitur (sic enim concludit) ego quoque nihil agere possum, ut qui nondum deliberaverim.—πέρα Herm. cum Schützio, propter responsionem alterius. Crediderim sic βουλευεῖν scripturum fuisse poetam.

1331. τοιοῦτος, sc. ὥστε ἀμηχανεῖν ὅτι δρῶ. Quod singuli se excusant ne quid statim agant, id rei necessitati atque ipsi fabulæ argumento tribuendum; nam inter-

ficiendus erat Rex, et chorus quoquo modo coercendus ne cædi interveniret. Ideo cunctantes potius quam ignavi inducuntur. Tac. Hist. i. 39. ut evenit in consiliis infelicibus, optima videbantur quorum tempus effugerat. Ibid. iii. 40. Ipse inutili cunctatione agendi tempora consultando consumpsit.

1333. τείνοντες pro κτείνοντες Cante-rus. Eadem corruptela v. 1200. Hoc dicit: num vitam producere cupientes timebimus cum adulteris congredi?

1336. πεπαιτέρα, mollior, tolerabilior, minus odiosa. Cf. Eum. 66.

1339. Libri μυθοῦσθαι. Verbum μυθόομαι pro μυθίομαι cum nihili esse videatur, recepi cum Franz. Dind. Herm. conjecturam ab E. A. Ahrens. feliciter propositam. Spectat θυμοῦσθαι ad chori indignationem v. 1333.

1341. πληθύνομαι, "multitudinis auctoritate inclinor." K. De hac similitudine, quæ ab ecclesia et populi χειροτονία est, vide ad Suppl. 598. "Undique conveniunt mihi argumenta" vertit Hermannus; quæ alia imago est, cum v. 842 potius comparanda.

1342. Satis breviter, sed recte Blomf.,

- ΚΛ. πολλῶν παρόιθεν καιρίως εἰρημένων,  
 τάναντί' εἰπεῖν οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι.  
 πῶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις 1345  
 δοκοῦσιν εἶναι, πημονὴν ἀρκύστατον  
 φράζειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος ;  
 ἐμοὶ δ' ἀγὼν ὅδ' οὐκ ἀφρόντιστος πάλα  
 νίκης παλαιᾶς ἦλθε, σὺν χρόνῳ γε μὴν.  
 ἔσθηκα δ' ἐνθ' ἐπαισ' ἐπ' ἐξειργασμένοις. 1350  
 οὕτω δ' ἔπραξα, καὶ τὰδ' οὐκ ἀρνήσομαι,  
 ὥς μήτε φεύγειν μήτ' ἀμύνεσθαι μόνον.  
 ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,  
 περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.  
 παίω δέ νιν δῖς· κὰν δυοῖν τοίμωγμάτοιν 1355

“κυροῦνθ’ ὅπως dicitur pro ὅπως κυρεῖ.”  
 Recte etiam Conington, “to know Atrides  
 being how.” Quanquam non inveni plane  
 similem usum.—τῶν εἶδεναι, sc. nec  
 tantum conjectura.

1343. “Tractis tabulatis conspicitur Cly-  
 tæmnestra in conclavi stans ad corpus Aga-  
 memnonis.” Herm.—καιρίως, accommo-  
 date ad consilium meum.

1345. Nam quam ratione, si quis aper-  
 te inimicus, ac non potius dolo usus, adver-  
 sarium aggrediatur, qui ipse sit simulator,  
 struere possit calamitatem cassibus altius  
 munitam quam ut inclusus exsiliet? Con-  
 fer v. 350. Pers. 100. πᾶς γάρ τις nuper  
 dedit Hermannus, laudabili conjectura, sed  
 parum necessaria. Idem cum Blomf. Dind.  
 πημονῆς ἀρκύστατ’ ἂν, Dind. autem etiam  
 φάρξειεν scripsit. De omissio ἂν vide ad  
 v. 535. πημονῆς Aurati conjectura est,  
 cui substantivum non recte videbatur ἀρκύ-  
 στατον. Orest. 1420. ἐς ἀρκυστάταν μη-  
 χανὰν ἐμπλέκειν. Quanquam substantivi  
 loco sæpius usurpatur, ut Eum. 115. Soph.  
 El. 1476. ἐν μίσοις ἀρκυστάτοις, sc. δι-  
 κτύοις. Formatur ab ἀρκυς et στατός Il.  
 vi. 506, et proprie valet *retibus stativum*,  
 h. e. stativis retibus munitum. Ceterum  
 φράσσειν ὕψος dicitur, ut διδάσκειν τινὰ  
 σοφὸν et similia.

1347. Mihi vero hoc certamen venit,

dudum quidem priorem Agamemnonis vic-  
 toriam respiciens (Angl. *not irrespective of  
 a former victory*), quamquam sero ad finem  
 perductum. Dudum cogitaverat id facinus  
 Regina, quamquam sero nacta est occasio-  
 nem perficiendi. Confer *μνάμων μῆνις  
 τεκνόποιος* sup. v. 150. *νίκη παλαιά* de  
 eo tempore dicitur, quo pervicit Agamemno  
 ut Iphigenia mactaretur; opponitur autem  
 recenti ejus victoriæ de Trojanis reportatæ.  
 —νίκης Heathius, et sic Franz. Dind.  
 Herm. alii. Mihi aliquanto aptior videtur  
*νίκη* vel propter v. ἀγών.—γε μὴν, *tamen*,  
 ex solito usu.

1350. ἐπ’ ἐξειργασμένοις, *cæde confecta*.  
 Vide ad Pers. 529.

1352. ἀμύνεσθαι solus Vict., quem se-  
 cuti sunt Blomf. Dind. Conington, Herm.  
 Libri ἀμύνασθαι.

1354. περιστιχίζω plerique libri. Ver-  
 bum de venando et de indagine proprium  
 bene illustravit Blomf. ex Harpocrat. in v.  
 κατὰ γὰρ τὰς ἐκδρομάς τῶν θηρίων ὀρθὰ  
 ξύλα ἰσθᾶσιν, ἃ καλοῦσι στοίχους, ἡγουν  
 στοίχους, etc.—Μοχ πλοῦτον εἵματος κα-  
 κὸν dicit, quia plerumque, et quando id fit  
 honoris ergo, pretiosæ vestes regibus cir-  
 cumdantur.

1355. Elmsleii conjecturam οἰμωγμάτοιν  
 pro οἰμώγμασιν recepit Herm. Confusa  
 sunt δακρύοιν, δάκρυσιν, δακρύοις inf. 1526.

μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι  
 τρίτην ἐπενδίδωμι, τοῦ κατὰ χθονὸς  
 "Αἶδον, νεκρῶν σωτῆρος, εὐκαταίαν χάριν.  
 οὕτω τὸν αὐτοῦ θυμὸν ὀρμαίνει πεσών·  
 κάκφυσιῶν ὅξειαν αἵματος σφαγὴν  
 βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου,  
 χαίρουσαν οὐδὲν ἦσσαν ἢ †διοσδότῳ  
 γάνει σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν.  
 ὡς ὡδ' ἐχόντων, πρέσβος Ἀργείων τόδε,  
 χαίροιτ' ἂν, εἰ χαίροιτ', ἐγὼ δ' ἐπεύχομαι.  
 εἰ δ' ἦν †πρεπόντως ὥστ' ἐπισπένδειν νεκρῷ,

1360

1365

Mox αὐτοῦ *illico* valere idem recte monuit.  
 Alii αὐτοῦ.

1357. De νν. τρίτην Σωτῆρι vide sup.  
 237. Suppl. 26.

1359. θυμὸν ὀρμαίνει *animo aestuat* vertit Blomf. Vide Theb. 389, et ad Pers. 715. Hunc versum non videntur recte intellexisse editores. Hoc dicit: tertium ictum addidi, quia ægre moriebatur, i. e. οὕτω δυσθανατῶν *animam efflabat*. Confer Od. xi. 423. αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαίῃ χεῖρας αἰέρων Βάλλον ἀποθνήσκων περὶ φασγάνῳ· ἡ δὲ κυνώπις Νοσφίσιατ'. Infeliciter Hermannus *ὀρυγάνει* dedit, quod verbum ne exstare quidem videtur nisi in Hesych. *ὀρυγάνει*, *κρεύγεται*. *ὀρμαίνειν* proprie is dicitur, qui inter duas res dubius hæret: qui ad alteram partem abire gestiens ab altera retinetur: hic autem inter vitam et mortem versatur hominis anima.

1362. *διοσδότῳ γάνει* Porsonus pro Διὸς νότῳ γᾶν εἰ. γανᾶ Franz., ex Hermannii emendatione hodie ab ipso repudiata. Intellige ἡ σπορητὸς χαίρει, quam gaudent sata cum spica vixitum e culmo provenit; cum λοχεύεται ἡ κάλυξ, *parturit*. In animo habuit poeta Il. xxiii. 597. τοιοῦτο δὲ θυμὸς Ἰάνθη, ὡς εἰ τε περὶ σταχύεσσιν ἱέρση, Ἀλίου ἀλδήσκοντος. Anglice verum: *at the bursting of the sheath*. Proprie dici videtur κάλυξ de spatha sive involucrio, cum coma lactenti spica fruge *tumet*, Propert. iv. ii. 14. Hinc κάλυκες

ἐγκαρποι Cæd. Tyr. 25. Herod. iii. 100. de Indis: καὶ αὐτοῖσι ἔστι ὅσον κέγχρος τὸ μέγεθος ἐν κάλυκι, αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον, τὸ συλλέγοντες αὐτῇ κάλυκι ἔψουσί τε καὶ σιτίονται. Theophrast. Hist. Plant. Lib. viii. ii. οὐ πρότερον φανερὸς γίνεται (ὁ στάχυς), πρὶν ἂν προαυθῆεις ἐν τῇ κάλυκι γέννηται, τότε δ' ἡ κύστις φανερὰ διὰ τὸν ὄγκον.

1366. Vulgo *πρεπόντων*, quod sic interpretatur K.: "Si hæc (cædes libationis instar perpetratae v. 1356) fiebant ab iis a quibus libatio potius mortuo fundenda est, justus erat hic agendi mos, imo justitiæ defensio." Vereor equidem ut εἰ ἦν *πρεπόντων* stare possit pro εἰ ἦν τῶν *πρεπόντων*, h. e. εἰ ἦν *πρέπον*. Recte videtur Stanleius *πρεπόντως* reposuisse. Nam sic respondent *πρεπόντως* et *δικαίως*, sc. εἰ ἦν *πρεπόντως*, ἦν ἂν καὶ *δικαίως*. De structura ἦν ὥστε pro *εἰ ἦν*, confer Hippol. 705. ἀλλ' ἔστι κάκ τῶνδ' ὥστε σωθῆναι, τέκνον. Dem. p. 375. fin. εἰ ἦν ὥστε ἰδεῖν ἅπαντας. Soph. Phil. 656. ἀρ' ἔστιν ὥστε καγγύθεν θῆαν λαβεῖν; De *ως* in *ων* corrupto vide ad Cho. 694. Prom. 647. Quod nuper dedit Herm., εἰ δ' ἦν *πρέπον* τῷδ' ὥστ' κ.τ.λ., id bonum est et sagaciter inventum; nec tamen præferendum putavi. Ceterum recte in fine v. 1367 interpungitur in ed. Vict. *id factum esset juste, imo justissime*.

τάδ' ἂν δικαίως ἦν, ὑπερδίκως μὲν οὖν  
τοσῶνδε κρατῆρ' ἐν δόμοις κακῶν ὅδε  
πλήσας ἀραίων, αὐτὸς ἐκτίνει μολῶν.

ΧΟ. θαυμάζομέν σου γλῶσσαν, ὡς θρασύστομος, 1370  
ἥτις τοιόνδ' ἐπ' ἀνδρὶ κομπάζεις λόγον.

ΚΛ. πειρᾶσθέ μου γυναικὸς ὡς ἀφράσμονος·  
ἐγὼ δ' ἀτρέστῃ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας  
λέγω—σὺ δ' αἰνεῖν εἴτε με ψέγειν θέλεις,  
ὅμοιον—οὗτός ἐστιν Ἀγαμέμνων, ἐμὸς 1375  
πόσις, νεκρὸς δὲ, τῇσδε δεξιᾷς χερὸς  
ἔργον, δικαίαις τέκτονος. τάδ' ὦδ' ἔχει.

ΧΟ. τί κακὸν, ὦ γύναι, στροφή.  
χθονοτρεφὲς ἔδανόν, ἢ ποτόν  
πασαμένα † ῥυτᾶς ἐξ ἀλὸς ὄρμενον, 1380  
τόδ' ἐπέθον θύος, δημοθρόους τ' ἀράς  
ἀπέδικες; ἀπέταμες,  
† ἀπόπολις δ' ἔσει,  
μῖσος ὄβριμον ἀστοῖς.

ΚΛ. νῦν μὲν δικάζεις ἐκ πόλεως φυγὴν ἐμοί, 1385

1373. πρὸς εἰδότας interpretatur Hermannus ut sitis scientes. Cur vero vim verbis afferamus? Agamemnonem esse certe non nesciebant; sed jactabunda mulier et facinore exultans etiam gnaris id ingerere studet.

1375. ὅμοιον, *perinde est*. Supra v. 244. Thuc. ii. 53. τὸ μὲν ἐν ὁμοίᾳ κρίνοντες καὶ μή.

1378. τί φάρμακον, εἴτε βρώσιμον εἴτε πιστόν (vide ad Prom. 488), sive e terra sive e mari ortum (h. e. solidum ex terra, liquidum ex mari; neque enim de veneno marino argutandum) gustavisti, ut hoc sacrificium in te susciperes spretis populi execrationibus? θύος ἐπέθον *thus tibi imposuisti* ut victimæ mox mactandæ, Scholéf. Conferre potuit Antiphan. ap.

Phil. Mus. Cant. i. p. 584. λιβανωτὸς ἐπετίθη. Sed minus recte locum interpretatur, quamquam ipsum illud *thus* nihil nisi θύος esse videtur.

1380. Libri ῥυστᾶς, contra metrum. ῥυστᾶς Stanl. Tum ὄρμενον pro ὀρώμενον vel ὀρώμενον restituit Abresch. ὀρόμενον Canterus. Vide ad Suppl. 416, ubi eadem corruptela est. Sunt autem dochmiaci versus, quos clauduit pherecrateus v. 1384.

1382. ἀποτόμως Hermannus, ut sit *populi diras contempsisti præfracte*, collato ἀπότομον λῆμα Alcest. 992. Sed vulgatum ἀπέταμες de occiso viro parum offendit. Idem enim est quod ἐνόσφισας. Cf. Theb. 974.

1383. Libri ἀπολις. ἀπόπολις Hermannus.



καὶ μῖσος ἀστῶν, δημόθρους τ' ἔχειν ἀράς,  
οὐδὲν †τότ' ἀνδρὶ τῷδ' ἐναντίον φέρων·  
ὃς οὐ προτιμῶν ὥσπερ εἰ βοτοῦ μόνον,  
μήλων φλεόντων εὐπόκοις νομεύμασιν,  
ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλάτην ἔμοι 1390  
ὠδὶν', ἐπ' ὧδ' Ἰθηκίων ἀημάτων.  
οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν δ' ἀνδρῆλατῆιν,  
μιασμάτων ἄποιν' ; ἐπήκοος δ' ἐμῶν  
ἔργων, δικαστὴς τραχὺς εἶ. λέγω δέ σοι  
τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς παρεσκευασμένης 1395  
ἐκ τῶν ὁμοίων, χειρὶ νικήσαντ' ἔμοῦ  
ἄρχιν· ἐὰν δὲ τοῦμπαλιν κραίῃ θεός,  
γνώσει διδαχθεὶς ὅψ' ἐ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

ΧΟ. μεγαλόμητις εἶ, ἀντιστρ.  
περίφρονα δ' ἔλακες, ὥσπερ οὖν 1400  
φονολιβεῖ τύχα φροῖν ἐπιμαίνεται,  
λίπος ἐπ' ὁμμάτων αἵματος †ἐμπρέπειν

1387. Quamquam nullum crimen olim huic viro objiciebas. Libri οὐδὲν τόδ', quod servavit Hermannus, qui non hoc vertit, et τόδε de sequentibus intelligit. Vix bene Græcum esset οὐδὲν τόδε, nihil tale significans. Inveni tantummodo Androm. 88. μηδὲν τοῦτ' ὀνειδισθεῖς ἔμοι, et Med. 153. μηδὲν τόδε λίσσου, utrumque sensu imperativo, ut μηδὲν pro μηδαμῶς accipi possit, sicut inf. 1438. μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχου. Sed recte mihi videntur Blomf. Dind. Franz. οὐδὲν τότ' recepisse ex Vossii conjectura. Nam νῦν μὲν postulat fere antithesin τότε, ac sic rectius se habet imperfectum χρῆν v. 1392, ubi libri quidem (præter Flor., teste Franz.) χρή præbent.

1391. ἀημάτων Canterus pro λημμάτων.

1393. ἄποινα. Accusativus est, ut ποινας Prom. 575. Alcest. 7. καὶ με θετεύειν πατὴρ θνητῷ παρ' ἀνδρὶ, τῶνδ' ἄποιν', ἠνάγκασεν. Vide sup. ad v. 218.

1395. ὡς παρεσκευασμένης (ἐμοῦ) ἀρχιν σε ἐμοῦ ἐκ τῶν ὁμοίων, h. e. ἐὰν τὰ αὐτὰ σοι γένηται ἂ νῦν ἐμοί, sc. τὸ κράτος. "Jubeo te talia minari, ut me parata imperare mihi, qui vicissim me vi vicerit." Herm. Simplicius dicere potuit ὡς ἐμοῦ θελούσης.

1400. Magna meditaris et superba loqueris, sicut animus cædis conscientia percussus sit. Vide ad v. 1142. Male vulgo post ἔλακες plene interpungitur.

1402. Libri εὖ πρέπειαν τίετον, vel εὖ πρέπει ἀντίετον. ἀτίετον Farn., et sic Herm., qui inultam reddit. Vide ad v. 686. Verum rectius, opinor, ἀτίετον dederunt Dind. Franz. Sententiam bene aperuit Hermannus, qui ἐμπρέπειν legendum vidit et ad ἔλακες referendum. Verte: crassi sanguinis maculam nondum expiatam in fronte conspicuam apparere jactasti. Dixerat enim v. 1361. βάλλει μ' ἐρεμνὴ ψακάδι φοινίας δρόσου.

ἀτιπὼν· ἔτι σε χρὴ  
στερομέναν φίλων  
τύμμα †τύμματι τίσαι.

1405

ΚΛ. καὶ τήνδ' ἀκούεις ὀρκίων ἐμῶν θέμιν·  
μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην,  
Ἄτην, Ἑρινύν θ', αἴσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγὼ,  
οὐ μοι †φόβον μέλαθρον ἐλπίς ἐμπατεῖν,  
ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἐστίας ἐμῆς  
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.  
οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπίς οὐ σμικρὰ θράσους.  
κεῖται, γυναικὸς τῆσδε λυμαντήριος,  
Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίφ·  
ἢ τ' αἰχμάλωτος ἦδε καὶ τερασκόπος,  
καὶ κοινύλεκτρος τοῦδε, θεσφατηλόγος  
πιστὴ ξύνευνος, †ναυτίλοις δὲ σελμάτων  
†ισοτριβῆς. ἄτιμα δ' οὐκ ἐπραξάτην·

1410

1415

1405. τύμματι pro τύμμα Canterus.  
Absortptum fuit τι propter sequens τίσαι.

1409. Libri ἐμπατεῖ. ἐμπατεῖν Vict.  
Illud servarunt Franz. Dind., ut sit, *spes mea non habitat cum timore*, h. e. non habet quod metuat. Qui infinitivum præ-tulerunt, sic intelligunt: *spes mihi non est me timoris aedes ingressuram*. Utrumque durissime. Equidem φόβον ab Hermanno accepi, non item μέλαθρ' ἄν, quod vix Æschyleum videtur, etsi frequentius μέλαθρα quam μέλαθρον reperiatur, et similem usum ipse attulerit ex Antig. 235. ἐλπίδος — τὸ μὴ παθεῖν ἄν. Recte φόβος dicitur ἐμπατεῖν μέλαθρον, domum ingredi; contra autem quod vulgo legitur φόβον μέλαθρον plane exemplo caret.

1413. γυναικὸς τῆσδε, sc. ἐμοῦ. Chry-seidum deliciæ contumeliose dicitur Agamemno, tanquam cum pluribus feminis commercium habuerit apud Trojam. In λυμαντήριος pro λυμαντῆρ adeo offendit Hermannus, ut versum huiusmodi excidisse crediderit: ἄνηρ, θυγατὶς τῆς ἐμῆς φονεὺς ὄδε. At nihilo rectius sic se haberet

sententia; nam sive κεῖται οὗτος intelligas, seu κεῖται ἄνηρ scribas, eodem redit. Equidem post κεῖται interpunxi. Confer autem Cho. 753. στεῖχω δ' ἐπ' ἄνδρα τῶνδε λυμαντήριον οἴκων, ubi si per metrum licisset λυμαντῆρα dicere potuit.

1418. ἰσοτριβῆς Pauwius, Dind. Franz. Herm. pro ἰσοτριβῆς, quod cum ναυτίλων σελμάτων constructum duriusculum est, etsi βονθυτεῖν ἔν et similia non plane diversi generis sunt. Quod ego in priore ed. proposui, ναυτίλοις, id nunc recepi, cum Hermannus in eandem conjecturam inciderit, "*nautis æque cum transtris trita*." Corruptela ejusmodi est quæ supra v. 650. Optime contulit Scholefieldius Juven. vi. 101—2. *Hæc inter nautas et prandel, et errat Per puppim, et duos gaudet tractare rudentes*. Pulcherrimum Propertii locum apposuisse non pigebit, iii. 18. 31. *Unum littus erit sopitis, unaque tecto Arbor, et ex una sepe bibemus aqua; Et tabula una duos poterit componere amantes, Prora cubile mihi, seu mihi puppis erit.*—ἄτιμα οὐκ ἐπραξάτην, meritam pœnam perpassi

ὁ μὲν γὰρ οὕτως· ἡ δέ τοι, κύκνου δίκην,  
τὸν ὕστατον μέλψασα θανάσιμον γόον  
κεῖται φιλήτωρ † τῷδ', ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν  
εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς. / 1420

ΧΟ. φεῦ, τίς ἂν ἐν τάχει, μὴ περιώδυνος, στρ. α'.  
μηδὲ δεμνιοτήρης,  
μόλοι τὸν αἰεὶ φέρουσ' ἐν ἡμῖν 1425  
μοῖρ' ἀτέλευτον ὕπνον, δαμέντος  
φύλακος εὐμενεστάτου,  
[καί] πολλά τλάντος γυναικὸς διαί;  
πρὸς γυναικὸς δ' ἀπέφθισεν βίον.  
ἰὼ † ἰὼ † παράνους Ἑλένα, στρ. β'. 1430

supl. Sic ἔπραξαν ἔνδικα Orest. 538. χαλεπώτατα Thuc. viii. 95. Vide Monk. ad Alcest. 621.

1419. Monendi sunt tirones, ubi de cycni cantu loquuntur antiqui scriptores, non intelligendam esse volucrem nobis familiarē, quæ quidem non canit, sed horribili quodam strepitu crocitare solet. Avis est diversa specie, hodie *cycnus musicus* vocitata, magno et candente corpore, capite luteo, alas in octo fere pedes expandens. Gregatim migrat ad septentrionem, et præteriens dulcissime canit, lyrae vel fidibus similem sonum reddens. Hanc describit Aristot. Hist. An. ix. 12. *ὠδικοί δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν* (ineptum hoc quidem, et ex poetis sumptum;) *ἀναπίνονται γὰρ καὶ εἰς τὸ πέλαιος, καὶ τινες ἤδη πλείοντες παρὰ τὴν Λιβύην περιέτυχον ἐν τῇ θαλάσῃ πολλοῖς ᾄδουσι φωνῇ γοῶδει, καὶ τούτων ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐνίους.* Aelian. Var. Hist. i. xiv. *ὅτι δὲ εἰσι φιλωδοί, τοῦτο μὲν ἦδη καὶ τεθρύληται· ἐγὼ δὲ ᾄδοντας κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος· πεπίστυνται δ' οὖν, ὅτι ᾄδει.*—*διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαιος, καὶ πέτονται κατὰ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς οὐ κάμνει τὸ πτερόν.* Confer Plat. Phæd. p. 85. Scilicet veteribus ipsis non constabat de specie vocalis istius volucris: nam diversa miscere solent.

1421. τῷδ' Hermannus pro vulg. τοῦδ', ex Scholiastæ glossa: *ἐκ ψυχῆς φιλουμένη τῷ Ἀγαμέμνονι.* Idem ut compositum ex φίλος et ἦτορ, non ex solo φιλεῖν formatum, cum grammatico rectius accepit. Itaque verto: *huic viro etiam morte amata*: nam opponi inter se φιλήτωρ τῷδε et ἐμοὶ παροψώνημα monuit Hermannus.

1422. *εὐνῆς παροψώνημα*, additamentum adulterii, unam notionem efficit, unde pendeat τῆς ἐμῆς χλιδῆς. *παροψωνεῖν*, clandestinas dapes comparare; *παροψίς*, ferculum delicatulum præter cetera appositum. Confer Blomf. Arist. Frag. 236. *πάσαις γυναιξιν ἐξ ἐνός γέ του τρόπου ὥσπερ παροψίς μοιχὸς ἐσκευασμένος.* *εὐνῆς* de Cassandræ morte, ut *κοίταν* v. 1471, explicant Well. Klausen. Verum fortasse est *χλιδῆς*, quod mutatum fuerit ex eodem errore quo sup. v. 938.—*εὐχῆς* Hermannus; " *voti, quod ei contigerat Agamemnonem interficere.*" Quod nec structura simplicius nec sententiæ aptius mihi quidem videtur.

1423. Utinam mors cita, non ea quidem magni doloris nec quæ diu cubare faciat, somnum in nobis afferat qui nullum finem habeat. *ἐν ἡμῖν* Anglice valet *in our case*. *ἐφ' ἡμῖν* Hermannus.

1430. Vulgo *ἰὼ παρανόμους. παράνους* Hermannus. *ἰὼ* geminavit Blomf. Cly-

μία τὰς πολλὰς, τὰς πάνυ πολλὰς  
 ψυχὰς ὀλέσας' ὑπὸ Τροίᾳ,

\* \* \* \*

νῦν δὲ τελείαν  
 πολύμναστον ἐπηνθίσω

[σπρ. γ'.]

δι' αἶμ' ἄνιπτον  
 ἥτις ἦν τότε' ἐν δόμοις  
 ἕρις ἐριδματος, ἀνδρὸς οἰζύς.

1435

ΚΛ. μηδὲν θανάτου μοῖραν ἐπεύχον,  
 τοῖσδε βαρυνθείς'

σπρ. δ'.

μηδ' εἰς Ἑλένην κότον ἐκτρέψης,  
 ὥς ἀνδρολέτειρ', ὥς μία πολλῶν  
 ἀνδρῶν ψυχὰς Δαναῶν ὀλέσας',  
 ἀξύστατον ἄλγος ἐπραξεν.

1440

